Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Paul Kress

D. Joan. Paul. Kressii, Regis Consiliario Aulico & Facult. Jurid. Helmst. ordinarii Opuscula Juridica Varia

Helmstadi: [Verlag nicht ermittelbar], 1742

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0001
DFG

17 m

J. R.
34. 6.

Opera – 9. 70.

~~Galerie IX~~

J a. – 1029. 1–3

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0002
DFG

D. JOAN. PAUL. KRESSII,

Regis Consiliario Aulico & Facult. Jurid.
Helmst. ordinarii

OPUSCULA JURIDICA VARIA.



Helmstadi, 1742.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0003
DFG

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0004
DFG

Conspectus Materiarum.

I. de Romanorum municipiis & Germanorum Civitatibus Provincialibus.
II. de Civitatibus provincialibus in Germania & in Saxonia inferiori.
III. de Vogteiis & Schuldesiis.
IV. de Nova Marchia de regali vectigalis &c.
V. de Jure Politiæ, Gildarum, Vectigalium.
VI. von Rath häuslichen Güthern, ꝛc.
VII. von dem Recht der Taub und Stumm Gebohrnen.
VIII. de Jure Personarum Brunsvicensium.
IX. de Jure Nobilium Brunsvicensium.
X. de Urbibus & Burgariis Brunsvicensium.
XI. de Jure Rusticorum, secundum jus Romanum & Brunsvicensium.
XII. de Judæis, Zingaris, &c.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0005
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0006
DFG

CAPVT I.

De Romanorum municipiis & Germanorum civitatibus provincialibus.

§. I.

Apud Romanos habes olim, vid. PAVLL. *lib. IV. tit. VI. §. 2.* varia nomina municipii, coloniæ, oppidi, & reliqua. Erant & juris civitatis varia genera, Romanum, Latinum & juris Italici. Aſt, poſtquam Antoninus Caracalla * 1. omnibus inge-

De civitat. apud Romanos.

A

* 1. Non ANTONINVS PIVS, ut Iuſtiniano viſum in *Novell. 78. cap. V.*

Quis Antoninus jus civit. Romanæ univerſale eſſe juſſit.

ingenuis jus civitatis Romanæ dedit: certe de municipiorum a colonia differentia non adeo sollicite amplius quæsitum. Vid. SCHVLTING p. 400. 402. 617. Fuisse cetera differentiam inter colonias *2. & municipia, testibus GELLIO & PLINIO asserit WESTENBERG ad *tit. ad municip.* Vid. latius TVRNEBVM *tom. I. pag.* 22. ALCIATVM *ad L.* 228. *de V. S. p.* 1104. Quæ tamen & ipsa sensim, certe respectu regiminis, exolevit. Ceterum tria civitatum Romanarum genera sua ætate nobis recensetdistinguitque *3. MODESTINVS *in L. 6. excus.* §. 2. minores, majo-

De coloniis quividendi.

Bartoli Critica.

* 2. De quibus VELSER *lib. IV. V. rer. Augusti.* SIGONIVS *lib. II. cap. 3. de ant. Ital. jur.* Novissime *Dn.* OTTO hinc inde. Nec prætereunda est elegantissima BARTOLI *ad l. fin. de censu*, observatio. Coloniam scilicet Latinis dici a COLONIS, seu rusticis, unde contigisse, quod COLONIA Agrippina relata sit inter rusticos Imperii, vel ut vulgo: unter die vier Bauren des Reichs, Regenspurg, Cölln, Constanz, Salzburg. *Vid.* QVATERNIONEM apud GOLDAST. *princ. tom. I. Constit. imp. pag.* 37.

Vnde civit. ap. Rom. distinctæ Criteria metropol.

* 3. Secundum numerum Medicorum, Sophistarum, Grammaticorum, & Rhetorum. Metropoles nominatim noscebantur e theatris, balneis, circis, gymnasiis, basilicis; ut CONRINGIO alicubi animadversum.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0008
DFG

majores, & maximas, quibus & metropoleon nomen aliquando datum.

§. II.

De nexu civitatum Romanarum cum Imperio, seu dependentia illarum a Cæsaribus, non convenit. *Auctor apologiæ Colon. Elect. pag.* 14. exigua jura civitatibus relinquit, motus auctoritate *l.* 16. *de V. S.* quæ civitates privatorum loco habendas esse, docet. Vicissim ejus REFVTATOR hic excipit: non regulam in universum hic formandam, sed distinguendum esse inter diversas civitatum classes; ut a MODESTINO factum *dict. l.* 6. §. 2. *de excus.* Certe per varia Cæsarum privilegia sæpe contigit, ut variis civitatibus aliquid egregii præter ceteras esset. *Vid. l.* 37. *de R. A. l. P. l.* 2. *Cod. de jur. reip.* & quæ differit VLPIANVS *l.* 1. *de cens.* Quid vero in *dict. l.* 16. *de V. S.* notet: PRIVATORVM LOCO haberi civitates, exponit CONANVS *pag.* 442. quod idem sit, ac: *non differre adeo a reliquis societatibus & collegiis, quæ in singulis urbibus ex cujuscunque ordinibus legitime colliguntur.* Imo cum & ipse fiscus in iis negotiis, quæ cum quolibet patrefamilias communia habet, jure communi privato uti dicatur: *Vid. l.* 20. § 9. *de H. P. l.* 25. *de pign. l.* 5. *Cod. de fisc. usur.* nulla civitatibus, in verbis *L.* 16. *de V. S. in fin.* infertur in-

De dependentia civitatum a Cæsaribus olim.

juria. Leges, in quibus civitatibus certo respectu plus concessum, quam privatis, recitant GODOFRED. *ad eand. L.* FORNERIVS II. *Select.* 22. ALCIAT. *ad dict. L.* 16. conf. *Acta Brunsuic. pag.* 2177. Vtrum vero civitatum Romanarum diversitates, & discrimina constiterint etiam in diverso cum imperio seu Cæsaribus nexu, quæsitum meminimus. AVCTOR *Apologiæ colonienſis pag.* 14. putat: solam Romam dignitatis gradu gavisam: reliquas omnes Cæsaribus subditas fuisse, ad modum, quo hodie civitates provinciales suis principibus parent, potestatem cetera earundem fuisse minimam. Add. MAGER. *de advocat. armat. cap. VI. num.* 122-128. Habuerunt tamen * 1. municipia suam in causis civilibus modicis IVRISDICTIONEM, & in delictis levioribus, servorumque, merum imperium. *L.* 12. *ff. de Iurisdict. vid. tit. Cod. de defens.*

* 1. Magistratus municipalis non habebat IMPERIVM, jurisdictio ejus ad certam summam restricta, exclusis iis, quæ pro tribunali causæ cognitionem requirebant; nec tribunali, sed subsellio utebatur. Plane: illorum IVDEX PEDANEVS dicebatur NOODT *L. I. c.* 2. 3. *de jurisdict. pag.* 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. BYNCKERSH. *II.* 17. 18. Contra munic. jurisdictionem REINESIVS, GENTILIS; Pro eadem OTTO *cap. XIII.* de ædilibus municipiorum videndi.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0010
DFG

fenſ. civit. & tit. de magiſtratu municipal. add. SCIPIO GENTILIS *de Iurisdict. municip. lib. III. cap.* 21. Plura de municipiis Romanorum leguntur apud SIGONIVM, cum in ſcripto *de antiqu. Ital. Iur.* tum *lib.* 1. *de jur. provincial. cap.* 2. & apud PANZIROLL. *lib. de magiſtratibus municipalibus*, addito ejusdem commentario *in notitiam imperii orientis.* Erant autem magiſtratus municipiorum: decuriones, duumviri, defenſores civitatum, curatores annonæ, & calendarii, zygoſtratæ, ſyndici, irenarchæ, ædiles, archiotæ, logographi, cenſuales, & reliqui apud SIGON. *dict. tract.* Compendii inſtar hic ſunt *cap.* 22. 23. 24. *libri X.* ROSINI *antiquit. Romanar.* * 2. Imo cum non idem fuerit municipiorum jus, nec conditio eadem, tam reſpectu trium claſſium MODESTINI, add. FESTVM

* 2. *Municipiorum*, ait *pag.* 1609. *respublica, quæ fuerit, difficile eſt dicere. Vniverſum autem genus temperatum eſt ex omnibus prope rebuspublicis, & pene Romanæ ſimile videtur fuiſſe. Ordines in municipiis, quemadmodum Romæ fuerunt tres, Decuriones, Equites, & Plebs. Conſilia publica duo, Senatus & populi magiſtratus, dictator, duumviri, quatuorviri, cenſores, ædiles & quæſtores, ſacerdotes, flamines municipiorum. Decuriones iidem erant, qui Romæ ſenatores, in quibus legendis ſummam curam adhibitam* Roſini &

verbo: *Municipium*, quam diversorum privilegiorum: res ipsa loquitur, diverso juris nexu has classes a Cæsaribus dependisse. Præterea non semper obtinuit dictum *L.* 16. *de V. S.* nec semper municipia privatorum loco habita; fuit enim aliquando, *ut municipia separatam haberent a populo Romano Rempublicam. Vid.* SPANHEIM. ex FESTO *pag.* 74. *in orb. Rom.*

§. III.

De comparatione municipiorum & civitatum nostrarum provincialium.

Paucula hæc de Romanorum municipiis sufficiant, nec enim plura desiderat scopus a nobis

Perezii observatio de municip. & coloniis.

tam fuisse, vel solus Cicero docet in epistola quadam ad Leptam libr. 6. Quamvis, ut PEREZIO *ad Cod.* animadversum, conjuncta hæc pompa non fuerit in omnibus municipiis, nec ubique duumviri, nec defensores. Imo & tempora variarunt; certe sub Imperatoribus, e quorum rescriptis compositus est *tit. Cod. de defens. civit.* tam in civili, quam criminali causa, satis circumscripta fuit ipsorum potestas, & a Præsidum arbitrio dependens. Conf. PEREZ. ad *tit. eund.* De fascibus & bacillis duumvirorum in municipiis, *vid.* GVTHER. *de offic. dom. august. pag.* 24. *sequ.* inter auctores passim obvios ZAHN *in polit. munic. L.* 1. *c.* 3. 4.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0012
DFG

bis dicendorum. * Alias sunt, qui existimant, multam lucem notitiæ civitatum provincialium nostrarum affundi, si e re municipiali veterum Romanorum, per mutuam comparationem, illustraretur. Plane hac methodo usos feliciſſime judicium ferre posse de juribus civitatum nostrarum, quæ ipsis competunt, aut non competunt, in causis præcipue, ubi civitatibus cum principibus suis tam secularibus, quam ecclesiasticis, res est. Pertinent huc, quæ COTHMANNVS *in Respons. Academ.* contra ROSTOCHIVM, AVCTOR *Apologiæ Electoralis Coloniensis* contra COLONIAM dixerunt, quæque in controversia Hildesiensis civitatis in causa libertatis, utrinque conscripta, & publicis typis excusa prodierunt. Ast uti nihil fere est in mundo, quod non cum alio quodam in uno aut altero tertio conveniat: ita viciſſim vix aliquod reperitur institutum, quod non ab alio instituto etiam in quibusdam differat. Vnde harum collationum & comparationum fructus esse solet, ut collator duplici labore, tam circa rem, cum qua collationem instituit, quam circa præsens suum objectum, quod luculentius sua collatione exponere,

* Vnde nihil ad nos, quod olim nec municipia, nec municipes heredes instituí possent, fideicommissa autem municipibus recte restituerentur *tit. XXIII. §. 5.* VLPIAN.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0013
DFG

nere, & ante oculos quasi sistere nititur, frustra defungatur, semperque dubius hæreat, cum, an vere & recte perspexerit indolem rerum inter se conferendarum, tum, annon similia sua conjuncta simul sint in eadem re cum pluribus dissimilibus?

§. IV.

Quodque hæc nullius usus.

Cujus observationis usus facile se exerit in re civitatensi hodierna, ac municipali Romanorum. Verum est, convenire civitates nostras provinciales cum municipiis, quod uti hæc 1) suum habeant magistratum, 2) suum forum ac judicia, 3) media itidem sua statum suum tuendi, 4) dependentiam a communi suo principe, ut quondam provinciarum municipia ab uno quodam communi præside, & si quæ alia sunt juris gentium omnium corporum, quæ alicujus reipublicæ summo imperio subordinatæ instar gerunt, communia jura. Ast plura vicissim deprehenduntur jure Romano circa municipia sancita, quorum ad nostras civitates provinciales nulla est applicatio, v. c. 1) quod municipia aliquando rempublicam constituerent separatam, 2) quod jura sibi condere possent per se valitura. *Vid. tot. tit. de decret. ab ordin. faciend.* 3) quod essent suæ politiæ moderatores. *Vid.* SPANHEIM. *de orb. Roman. pag.* 74. 4) non possent veteri ævo municipia heredes instituí. *tit. XXI.* VLPIANI,

PIANI, ibique SCHVLTING. *p.* 634. 5) Quod magiſtratu tam multiplici, tamque diverſo uterentur. *Vid.* §. *præc.* 2. *in fin.* ut vel nomina hodie in civitatibus noſtris ignorentur. Recte itaque CONRINGIVS APOLOGETÆ electorali Colonienſi, ex textibus juris civilis contra jura civitatis diſputanti, opponit: e ſtatu municipiorum Romanorum nihil fere decedere, aut accedere Coloniæ ſuæ. * Plenius hoc thema excuſſit *Dn.* WALDSCHMIDT *diſſert. ſing. de different. municip. & urbium mediat.* Dixit quoque in hanc rem quædam de LVDEWIG *in diſſert. de different. juris Rom. & German. de Senat. & Conſul.* Interim dein dicenda tamen docebunt ea, quæ de valde temperata municipiorum jurisdictione dicta ſunt, & *l.* 26. §. 1. ad *municipal.* & *l.* 12. *de jurisdict. add.* NOODT *lib. I. cap.* 2. *de jurisdict.* diſtinctius traduntur, uſus non eſſe nullius in noſtra arena, nec tamen multi.

uſus collationis der Municipal- und Land-Städte.

B CAPVT

* Auget difficultatem collationis municipiorum & civitatum provincialium, quod notitia municipiorum in obſcuro lateat, ut querentem audivimus ſupra ROSINVM, & res ipſa loquitur. Plane jam GELLII ætate obliterata fuerunt municipiorum jura. *Vid.* SCHVLTING *pag.* 403. Conſentit ZAHN *d. l. c. III. n.* 46. 47.

Cur parum lucis nobis ex tit. admunicip. haurien-dum?

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0015
DFG

Caput II.

De

Civitatibus provincialibus in Germania, & in Saxonia inferiori.

§. I.

Quæ circa civitat. provinc. notanda,

Quo vero promtius & solidius lectori de juribus civitatum provincialium, seu mediatarum respectu principum suorum suo loco judicium ferre liceat: non abs re erit hac sectione 1) de civitatum causis, 2) de origine & progressu illarum, præcipue respectu regiminis, magistratuum & jurisdictionis exponere: imo nec 3) legum chartarumque hinc inde inferendarum plane oblivisci oportet. Causas, ob quas civitates conditæ, recenset CONRING *dissert. de urb.* § 82. metum hostium, periculum invasionum Hungarorum, & contra has necessariam villarum munitionem, probabile scil. ruricolarum temporibus turbidis refugium & tutamen. Unde

Unde mœnia civitatibus circumponenda. Unde Burgorum seu castrorum nomen civitatibus datum. Unde hodienum Burgarii & rustici visibilissime muris a se invicem secerni vulgari proverbio dicitur. Addi solent 1) religio *1. 2) socialitas, 3) indigentia rerum, illique opposita affluentia per commercia, facile per civitates promovenda 4) decus, splendor, commoditas, 5) bonorum reipublicæ incrementum, 6) episcopatus, 7) palatia regum, 8) multitudo libertorum egentium, *vid.* KNIPSCHILD *de civitat. imper. lib. IX. per tot. Auctor differt. de dispari civitat. cum imper. nexu cap.* II. Nobis singula conferre, examinare, censere non vacat, Verum animadvertere sufficit, quod CONRINGII doctrina natura, rei *2. experientia & historicorum συγ-

*1. Unde versus STIGELII:
Vtque aiios alii de relligione docerent,
Contiguas pietas jussit habere domus.

*2. Sive naturæ ipsarum civitatum, quæ a Wittekindo pag. 639. tanquam tota militaris, atque ita describitur, ut futuræ civitates nihil aliud esse deberent, quam castra & munimenta, futurique cives seu burgarii nihil aliud, quam præsidium militare, quod ruricolas e pagis suis ejectos, & ad civitates profugos cum reculis suis contra Hungarorum, Germaniam tunc invadentium vim & injurias tuerentur,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0017
DFG

χρονων testimoniis nitatur, reliqui civitatum incrementorum causas cum causis originis, vel alicubi causas originis primas & præcipuas cum secundariis & postea emergentibns commisceant. Imo satis est in usum nostrum, quod nemo inter juris & rerum gestarum peritos docuerit: civitates cœpisse, & in Germania a Cæsaribus aut ordinibus imperii conditas esse, ut usitatus judiciorum modus, recepta jurisdictionum forma atque publicum imperii, aut provinciarum regimen novo civitatum instituto in patria nostra mutaretur, aut principes per civitates & in civitatibus novum consilium, aut novum collegium haberent, per quod sua regalia, nominatim juris dicendi potestatem exercerent hoc fine, ut Consulum Senatorumque, quæ deinde nomina invaluerunt, auctoritas, aut verius ambitio civibus ex asse imperaret.

§. II.

De origine & denominat. der Städte und Land-Städte.

Exciplicitis veris civitatum Germaniæ nostræ causis; transgrediamur nunc ad earundem originem, progressum, fata sive historiam. Origo urbium seu civitatum antiquiorum in Germania debetur 1) ex parte Romanis, in locis scilicet, quibus imperarunt ad Rhenum, & Danubium, per Rhætiam, Vindeliciam, Noricum

ricum & Pannoniam, 2) ex parte Slavis, seu Venedis, qui olim plures Germaniæ provincias inundaverunt, & plures civitates jam circa seculum VI. condiderunt. Nomina Pomeraniæ civitatum recenset RANGO *pag.* 63. *in Pomer. diplom.* De Mecklenburgicis civitatibus, itidem Slavici quondam juris, ut: RESINA, RETA, WERLE *vid.* SCHVRTZFLEISCH. *de rebus Mecklenburg.* & quos laudat TORNOV. *in jur. feudal. Mecklenburg. II. pag* 275. Tandem 3) post nostrum civitatum conditorem Henricum Aucupem inprimis, ex parte ipsis nostris Germanicis principibus, comitibus, & quoque dynastis, præcipue in Saxonia, tractuque ad Rhenum inferiorem, ut per inductionem, perque exempla plerarumque urbium, nec non ex monumentis historicis, facile probatur. Conf. TESCHENMACH. *in annal. Cliv.* scripta CONRINGII *dissert. de urb. notas ad* LAMPAD. *cap. VII. §. 2. & discurs. ad Lampad. tom. II. oper. pag.* 332. *&* 333. Quæ regno sine medio parent, jam sub Carolingis: CIVITATES REGNI; *vid. annal. Fuld. ad annum* 876. sub Otton. II. vid. chartam anni 974. apud ZYLLESIVM *pag.* 27. IMPERIALES; quæ sedes Episcoporum: EPISCOPALES; in quibus palatia condita: PALATINÆ dicebantur. Sub Ottonibus novimus, REGALES, seu Imperato-

Diversa civitatum Germaniæ genera & nomina olim.

riæ proprietatis, & PRÆFECTORIAS, seu Principum civitates. *Vid. Dn.* PRÆSID. *pag.* 61. *in dissert. de var. jurisdict. crim. & noviss. me reverendiss. auctor inæstimabilis chronici* GOTWICENSIS *pag.* 87. 194. 200. Vsitatior hodie divisio est in vernacula: in Reichs und Land-Städte; & harum rursus alicubi: in Schriftsäsige, Amtsäsige und Gerichts-Herren-Städte. *Vid.* ZECH. *ein Europ. Herold pag.* 259. Datur etiam singulare civitatum genus, quod singulari nexu a principis domanio dependet & appellari solet: Cammer-Städte. Ne exemplum lectori desit, legat in auctario addita, quæ de Guelferbyto nostro ibi referuntur sub A. Nobis nunc animus est potissimum quædam commentari, von dem Recht der Land-Städte, præcipue respectu ihrer Landes-Herren; insertis tamen pro re nata e generali civitatum notitia illis, quæ ad scopum nostrum facere videbuntur. Nec enim in explicanda specie ubique seponere licet de genere tractationem. Vtrum rectius latine dixeris: civitates præfectorias; ut Saxonum Cæsarum ætate, an: MEDIATAS, an: PROVINCIALES civitates; gratis disputatur. Præfectoriarum appellatio enim hodie æque jejuna & frigida est, ac si ipsos Principes hodie: præfectos, appellare velles. Posteriores vero appellationes utræque recte

Hodierna divisio & civitatum appellatio.

De Cameræ civitatibus.

recte se habent. A nexu enim diverso cum Cæsare & Imperio, convenienter dicuntur: mediatæ in oppositione ad imperiales, quæ immediate Cæsari & Imperio subsunt, & cum non concurrant ad consultationes Imperii, verum singularum provinciarum: satis apte dicuntur: *provinciales* Nam quia olim, provincia notabat Imperii partem, nec alio sensu hodie capitur verbum: Land, Land-Städte; ad genium utriusque linguæ & vernaculæ, & latinæ, appositum est nomen: PROVINCIALIVM. Licet minus perite municipia dicantur, ut bene observatum est MEVIO *Consil. XCIII. num.* 188 *sequ.* An civitates omnes olim immediatæ? ut quibusdam visum, nobis non videtur, si recte civitatum Bavariæ, & a Slavis conditarum, recordamur, quarum principes fere perpetim suo jure imperarunt. Idem evincunt GANDERSHEIMII, *vid.* FABRIC. *in orig. Saxon. pag.* 98. LEVCKFELD. *pag.* 29 *antiqu. Gandersheim.* BRVNSVIGÆ *vid. Acta Brunsuic. II.* 1181. BVNTING *pap.* 34. VLZENÆ *vid.* PFEFFINGER. *Tom. II. Hist. Brunsuic.* & aliarum civitatum habitus & origo in his provinciis. De DRESDA *vid.* WECK. *in descript. hujus urbis pag.* 5. 7. quæ pariter nunquam immediata fuit. An vicissim omnes civitates extinctis Carolingis MEDIATÆ effectæ? Affirmat *auctor dissert. de dispari civit.*

An olim omnes civitates immediatæ?

civit. nexu cum imp. pag. 17. Refragantur tamen hiſtoria & exempla civitatum palatinarum Cæſarearum. Cæteræ cauſæ, quare poſt Carolingos ingens numerus civitatum mediatarum audiri cœperit, ut alias taceamus, fuerunt donationes Cæſarum aut venditiones tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus principibus factæ, item quod ipſi principes utriusque claſſis ſibi paſſim civitates in uſum ſuum condere aggrederentur. CONRINGIVS noſter §. 80. 106. 118. *diſſert. de Urb.*

§. III.

De civitatibus ſub Francis, ſecundum CONRINGIVM, reſpectu des Raths, und der Raths-Wahl.

Quo tempore autem, quod hodie antiquiſſimum paſſim creditur, civitatum noſtrarum, præcipue mediatarum regimen & jurisdictio per conſules ſenatoresque exerceri cœperint, diu inter doctos diſputatum. Sane jam antiquitus ſub Francis, * 1. civitates, * 2. in cauſis juſtitiæ

Paucitas urbium ſub Francis.

* 1. Sub Francorum Regibus primæ ſtirpis, parcior ſeges civitatum fuit. Si a Romanis conditas trans Danubium, Rhenumque excipis. *Vid.* HERT. *Vol. II. tom.* 1. *pag.* 50. 51. 316. & *tom. II. pag.* 42. quosque ibi allegat teſtes.

Regim. illarum ſub Franc.

* 2. Nobis jam quidem ſermo eſt tantum de provincialibus civitatibus, Verum Franeorum ævo diſtincte de civitatibus utriusque claſſis mediatis ſcili-

ſtitiæ per Comites, in cauſis politiæ per conſules & Senatum gubernatas, civibusque jus eligendi Conſules & Senatum relictum fuiſſe, prolixe CONRING cum in ſcripto, quo Coloniæ Agrippinæ cauſam contra Archi Præſulem ſuum ex inſtituto tuetur, tum in *diſſert. de urbib.* §. *LXXV. LXXVI.* demonſtrare aggreſſus eſt. Ex cauſis, quod 1) nec in capitularibus, nec 2) in formulis quibus comites de ſuo officio inſtruuntur, mentio fiat curæ politiæ comitibus commiſſæ; *vid.* LEHMANN *pag.* 13. *Chron. Spir.* 3) Quod Comites judicare quondam juſſi

 ſint

ſcilicet & immediatis exponere non licet, cum illo tempore, utpote Alemanniæ & Sueviæ ducatu, abducto quippe a Pipino in Franciam Alemannorum duce, extincto, comites adminiſtrationi rerum publicarum præfecti eſſent in Saxonia autem Epiſcopi in ſacris, Comites in profanis civitatibus, neuter tamen horum SVO JVRE imperaret, verum officialium more mandato munere fungi juberetur. Ut non ſat commode, nec ex vero fieri poſſit, ut civitates quasdam reſpectu ſummi imperii immediatas, viciſſim illas, quæ principibus tanquam præfectis, non tanquam dominis ſuis parebant, eo ſenſu, quo hodie ſtylo publico vocibus mediatarum & immediatarum utimur, ſub Francorum imperio mediatas fuiſſe aſſeramus. Prout recte proditum eſt a CONRINGIO *noſtro* §. *LXXVI. dicta diſſert. de urb.*

sint secundum legem & consuetudinem a SAPIENTIBVS populi compositam. Jam vero 4) hos SAPIENTES nihil aliud esse, quam Consules & Senatum, sive uti nos: Bürgermeister und Rath. 5) Necessario opus fuisse, ut adessent, qui negotia universitatis minoris momenti curarent, ceu hodienum exemplis rusticorum constat, quibus ab omni ævo sui magistri superstant. Proinde pro certis haberi non posse, quæ vulgo præeunte LEHMANNO *in Chron. suo d. l.* circumferuntur, quasi a Francorum ævo mox ad Henrici V. ætatem descendendum, & hic imperator pro auctore SENATVS civici, & CONSVLVM, ac SENATORVM, apud nos habendus sit.

§. IV.

Dubia contra Conringium, ex Leubero, & aliis. Burgemeisteri sub Francis nulli.

Vicissim LEVBERVS *tract. de stap. num.* 518. quem citat laudatque *Auctor Chron. Godvicens.* in alia omnia abit. Scilicet nec Carolum M. nec ejus posteros urbes habuisse, in quibus Burgarii sibi Magistratum eligere potuerint. Nec civitatum regimen, exercitum isthac ætate fuisse per Consules, Senatum, & Senatores, sed per Comites, Advocatos, Vicarios, Scholdasios, aliosque *vid. Num.* 520. *ibid.* & consentientem GRYPHYANDR. *cap. LXXVII. de Weichbild.* Nec extinctis cum gente Carolina Francis

Francis Saxones, qui post hos summa rerum potiti sunt, magistratum civitatensem immutarunt. Habes enim sub horum imperio adhuc eadem comitum, Vicariorum, Advocatorum, Schuldasiorum aliaque vetera in civitatibus nomina, absque ulla Consulum aut Senatorum, Burgemeister und Raths commemoratione. vid LEVBERVM *ibid.* Nec moramur, quod vulgo dicatur: Burgimagistrorum, Rathmannorum elogia legi in speculo Saxonico Primo enim speculum Saxonicum non sub Saxonibus, sed sub Suevis, ut hodie satis constat inter eruditos, Sec. XIII. conscriptum est. Deinde non in ipsius speculi contextu, sed in glossa, quæ longe recentior est, Rathmannus & Burgermeisterus legitur. Quamvis illud largiendum sit, sub Saxonibus apertius emersisse differentiam civitatum in Land und Reichs Städte, cum hoc tempore duces, ut sub Conrado cœperant, sensim magis magisque suis provinciis SVO JVRE imperare pergerent, & ipsi in usum suum, sive delicias suas civitates sibi condere auderent, ut sæpius factum. Add. STRYCK *dissert. de jure principum circa ration. civitatum.*

§. V.

Deinde quod CONRINGII rationes attinet, prima desumta est a capitularium, formularum.

Responsio ad rationes Conringii, de exercitio politiæ sub Francis.

larumque officiorum ſilentio. Enim vero a) ſilentium hoc dubium eſt. Nam in Capitularibus comitibus cura belli & pacis, contributionum, pauperum, eleemoſynarum, rerum fiſcalium, non MERA cauſarum judicialis cognitio demandatur, ut gratis credatur, officium ipſorum mero judicum officio includi. *Vid.* BALVZ. in Indice ad *Tom. I. II.* verbo: Comes; & LVNIG. in der Einleitung *ad Theſaur. Comit. pag.* 4. 5. 6. Sed quid hac cura a politia civitatum cum juribus recenſitis ademta, politiæ civitatum reliquum manet? b) Dein argumentum a ſilentio, etiam probato hoc ſilentio, non adeo concludit, * præcipue ſi rationes aliæ ad probationem contrarii adſunt. Atqui communiter docetur; rem civitatum in ſacris Epiſcopos, in profanis Comites curaſſe; ita enim LEHMANN. ipſe CONRING. Porro ſilentium hoc de Comitum politiæ cura; ſuppleri poteſt aliunde. Sic in Concilio Cabilonenſi II. Can. XX. de Comitibus legitur: quod *poſt imperialis apicis dignitatem*, POPVLVM *Dei regnent*; non addita

* Quis enim neſcit leges, chartasque tam apud francos quam ſequentium regum noſtrorum ævo, non eſſe ſecundum regulas artis logicæ conſcriptas ſed potius alicubi deficere alicubi abundare in ſuis definitionibus atque doctrinis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0026
DFG

dita reſtrictione quod hoc fiat tantum judiciorum, aut unius jurisdictionis adminiſtratione. Neque reſponſio deeſt ad ſecundam rationem: quod comites judicare debeant ſecundum jura & conſuetudines SAPIENTVM, ſapientes autem nihil aliud ſint, quam Bürgermeiſter und Rath. Nam a) non ſatis capio nexum: Si SAPIENTVM mores & conſuetudines ſequendæ ſunt, ſuo modo in judicio, ergo SAPIENTES habent in ſpecie directionem politiæ. b) Dein notat quidem vox: SAPIENTES; aliquando idem, quod vox SENATORES, & burgimagiſtri, ut in Capitulis juris Longobardici, ſed nec hoc eſt perpetuum, nec geometrice probatum. Contextus enim in *Cap.* 19. *l. F. cap.* 17. 25. 49. *II. F.* capi etiam ita poſſunt ut: SAPIENTES; interpreteris: JCTOS; ſive ſimul conſulum Senatorumque muneribus fungantur, ſive non fungantur. Sunt etiam, qui SAPIENTES, Longobardis eosdem eſſe: qui aliis *cives primarii ſunt*, quorum conſilio Respublica tam apud hos, quam hinc inde alibi regebatur. Imo obſervatio noſtra, quam ſupra evicimus: ſub Francis, ne quidem in civitatibus Francorum imperio ſubjectis, CONSVLES extitiſſe, omnem diſputationem de politiæ cura Conſulibus & Senatoribus competente, conficit finitque, ut proinde non opus ſit hærere circa rationem CON-

RINGII quartam. Neque vero 5) est, quod objicias: non apparere, quomodo civitatum res regi potuissent, ni Consules, Senatores, Raths-Herren, Rath-Männer, Bürgermeister fuissent, qui rexissent. Nam adfuerunt, ut hodienum adsunt, Greven, Richter, Schöpfen, Schultzen & reliqua. * Imo, quod mireris, Conringius refutat se ipsum §. 69. 73. 76. *de urb.*

§. VI.

Quatenus politia civitatum olim civitatibus relinquenda.

Interim per hactenus dicta, nolumus omnem circa politiam potestatem, nec omnem omnis electionis speciem civitatibus sub Francis, & Saxonibus, abjudicare. Nam de victu, macello, viis reparandis purgandisque per civitatem, item de ædibus extruendis ALICVBI, tanquam de talibus rebus, quæ quotidie necessariæ, curam suscipere, & in hunc finem de curatoribus, aut pro re nata plane de curatorum collegio, prudenti deliberatione consultare, certas personas in hunc usum mature eligere, comites burgariis non omnino invidisse, nec hos per otium tam

* Aliquatenus huc pertinere videntur sequentia KYRIANDRI *p. 44. in fin. de Augusti. Trevir. præterea* sicut in ceteris civitatibus & ministeriales erant seu milites, qui cum SCABINIS ceterisque PATRICIIS civibus censebantur optimates, penes quos ab antiquo civitatis gubernacula *fuisse contuenit.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0028
DFG

tam laudabilem ac neceſſariam curam plane exuiſſe, aut ſe eadem abdicaſſe, facile perſuadent, quæ de plebiſcitis, vulgo: Wilküren; apud veteres occurrunt: *Vid. Artic.* 42. 43. *jur. Weichbild ibique Gloſ.* Quæ tamen omnia cum temperamento & ſubordinatione, ita capienda ſunt, ut Comitibus, Advocatis, Schuldaſiis urbium ſalva ſemper ſuperfuerit inſpectio, una cum ſuperiori jurisdictione. Imo nec illud prætereundum, quod licet civitatibus libertatem, curam, & adminiſtrandi poteſtatem aſſeramus, exinde tamen non ſequi: quod ſimul hæc omnia BVRGIMAGISTRIS & SENATORIBVS VINDICEMVS. Nam 1) ſub Francorum & Saxonum imperio hoc genus hominum in Germania noſtra, certe in urbibus provincialibus, ne quidem extitiſſe, jam probaſſe nobis videmur, *1. pariter 2) notum eſt jam moris olim fuiſſe, ut in civitatibus e civium cætu peritiores & cordatiores eligerentur a reliquis, ut ex hoc ſelectu collegium aliquod, ad quod deinde in caſu neceſ-

Politia in civitatibus non ab omni ævo per Conſules & Senatum exercita eſt.

*1. Eo ipſo, quo vindicem civitatum CONRINGIVM refutavimus. Accedit, quod apud Francos quondam SENATVS, SENATORVM nomina ſublimiorem apicem dignitatum continerent, & regni proceribus ſacra eſſent. vid. *Capitular. tom. I. pag.* 589.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0029
DFG

ceſſitatis ſciſcitatum ire liceret, congregaretur, minime autem ſelectus hic fiebat a Burgimagiſtris, & Senatu burgenſi, nec ex eodem ſolo *2. quod reſpectu medii ævi, vel ex jure Weichbildico, & ex Gloſſa *ad Artic.* 43. *3. & ſæpe citato *Artic.* 42. *&* 43. evidenter diſci poteſt, ubi verba ita fluunt: die Rathsmann kieſen einen Burgermeiſter, oder zweene unter ihnen, und legen als ihr Bürgerding aus, wem ſie wollen mit der WITZIGSTEN Rath. Item in Gloſſa: Die Handwercker laſſen die Handwercker, ſo des Iahrs geſeſſen, ausgehen, und haben denn die WITZIGSTEN der Stadt zu Rath. Ex his intellige 1) ſecundum Artic. 42. ſenatum municipalem, & SAPIENTISSIMOS civitatis, ſibi invicem contradiſtingui, hoc ſenſu:

*2. Parallela his docet CONRINGIVS ex literis reverſalibus a civibus Bremenſibus quondam anno 1642. datis cap. 14. verbis: *Quem conſilium* CONSVLVM *& aliorum* DISCRETORVM *valeat requirere.* In gründl. Bericht von Bremen.

Quid cenſendum de teſtim. Weichbildi.

*3. Deducit compilator juris Weichbildici, Rathmannos & Burgimagiſtros, a Cæſare Ottone rufo, qui hoc magiſtratus genus inſeruiſſet primæ civitatis Magdeburgicæ formulæ; ſed nos pudori nobis ducimus, pluribus hunc errorem, toteruditorum clamoribus jam exagitatum, & ſupra etiam confectum, denuo notare.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0030
DFG

ſu: quod SAPIENTISSIMI non ſint ſenatus nec præciſe ex cœtu ſenatus, ſed ex tribubus civium, quos patrius ſermo Gilden vocat ſelecti. Luculentiſſimus locus extat Part. I. cap. 1. diſtinct. X. der Magdeburgiſchen Schöppen Urthel: die Rathmänner mögen Willkühr ſetzen mit ihrer WITZIGSTEN BVRGER Rath. * Dein Gloſſæ, ut ex verbis recitatis patet, die WITZIGSTEN iidem ſunt, qui olim Longobardorum civitatibus ſapientiſſimi, per quos præcipuæ probitatis & eximiæ ſapientiæ cives indicabant. Quoad uſum hodiernum autem, ſuperſunt adhuc multarum civitatum exempla, ubi politia civitatis per certas burgariorum ſocietates, conjuncta cum Magiſtratus opera exercetur, ut Roſtochii, Lubecæ, Hamburgi,

* Videtur olim jam ſub Francis in civitatibus pleriſque omnibus ex eximiis, prudentioribus & honeſtioribus BVRGARIIS ſeu civibus, collectum & congregatum fuiſſe in uſum œconomiæ, politiæ, ac commerciorum certum collegium, quod diſci poteſt inter cetera aliquatenus ex loco veteris auctoris apud LEHMANN. *Lib. I. cap.* 37. *in placito ad Ingelhemum anno* 788. *conveniſſe pontifices majores, minores, duces, comites, præfectos* & CIVES OPPIDANOS. Alias ex hoc loco ſimul diſcimus, quomodo olim fieri potuerit, & revera factum ſit, ut res civitatum citra conſules & ſenatores publice ſat bene gererentur.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0031
DFG

Goslariæ. Imo huc quoque ſpectavit olim collegium der acht Männer, Helmſtadii noſtri, quod ante hos quadraginta circiter annos ſuperfuit. Cetera fatendum eſt, has SAPIENTVM ſocietates rarius hodie in noſtris civitatibus provincialibus apparere, partim forte ipſarum harum ſocietatum vitio, partim quoque novi magiſtratus, conſulum ſcilicet & ſenatorum, ex Italia, ut ſupra dictum, adventantium ſueta transalpinorum aſtutia, quæ dividendo, alacriores SAPIENTVM, vel ut nos der Witzigſten, in ſuum collegium cooptando, plures ſpe inani lactando, non unos quoque vexando, opprimendo, tandem vicit, ſolaque imperavit, titulumque der Witzigſten, in Hochweiſe, Wohlweiſe, mutando, ſuum fecit.

§. VII.

De ſtatu der Land-Städte ſub imperat. Francon. & Suevicis.

Vidimus hactenus civitates, certe provinciales ſine Conſulibus, ſine Senatoribus, ſine jurisdictione, ſine pleniori autopolitia. Diſpiciamus nunc, quæ fata illis obtigerint ſub Franconicorum Suevorumque & ſequentium imperatorum auſpiciis, an jure & lege imperii publica melior illarum conditio eſſe cœperit, & in quantum mutata fuerit? Sane quod attinet primo Conſulum civitatenſium & Senatorum elogia,

An ſub Franconicis cœperit nomen Conſulum &c.

gia, nec hæc Franconicis debentur. Nam licet LEHMANNVS *lib. V. cap.* 69. lectoribus ſuis perſuadere velit Conſulum & Senatorum nomina ab urbe Roma ad Longobardos, & ab his Henrici V. auſpiciis ad Germanos nominatim ad Spirenſium civitatem tranſiiſſe, quæ antiquiori ævo comitibus & epiſcopis paruiſſet, *vid. eundem ibid.* verſu: daſs aber die Regierung u. ſ. w. per chartam tamen Philippi Cæſaris, quam recitat integram, hujusque verba: *auctoritate regis* non ſatis probat aſſertum. Nec enim certo conſtat, nomen REGIS præciſe ad Henricum V. de quo nihil in charta, pertinere. Unde FVCHSIVS interpolator LEHMANNI eadem ingenii licentia, qua ipſe LEHMANNVS uſus, loco Henrico V. repoſuit: Henricum VI. quaſi hujus auctoritate primitus Senatus Senatorumque inſtitutum Spiræ confirmatum fuiſſet. Produxere quidem alias Bremenſes cum in priori ſuo libello, quem Vortrab inſcripſerunt, tum Anno MDCXLIX. in aſſertione libertatis ſuæ *pag.* 357. chartam Henrici V. Moguntiæ 2. Idus Maji Anno MCXI. ut refertur, datam in qua verba habentur: *concedimus eisdem Proconſulibus*, CONSVLIBVS *& Civibus dictæ civitatis Bremenſis.* Enimvero hujus chartæ CONRINGIVS noſter falſitatem & ſpurios natales Anno MDCLII. in gründlichem Bericht tam evidenter palam

Lehmannus notatur.

Lambecii & Cruſii verſimilior opinio.

palam expoſuit, ut hodie vix eſſe putem, qui ulterius ad eundem provocent. Magis itaque eſt, LAMBECII fidem *lib. II. pag.* 2. rerum Hamburgenſium *num.* 6. *& in notis num.* 7. ſequi, qui teſtatur, primam Conſulum Hamburgenſium appellationem ſe legiſſe MCLXIV. MCLXVIII. Conſentit chron. Slav. apud LINDEBR. ad Annum MCXC. Imo idem auctor pag. 6. num. 30. d. l. ingenue fatetur, diſtincta nomina: Burgemeiſter und Rath Hamburgi demum increbuiſſe vergente Sec. XIII. ſublata ſcil. Advocati Schaumburgici jurisdictione. Nec multum aliter CRVSIVS *in Annal. Sueviæ Part. III. lib. II. obſervat.* 17. qui originem nominum Conſulum & Senatorum ad ſeculum XIII. XIV. referre mavult. E recentioribus eadem tenet GVNDLING *in Jur. Feud. p.* 109. *1. &

*1. Ubi ita: In den neueſten Zeiten hat man den Magiſtrum civium mit den Römiſchen conſulibus verglichen. Allein man findet dieſe denomination in Teutſchland nicht eher als tempore Friderici I. Denn wie er aus Teutſchland kam, und Lübeck zur Reichs-Stadt machte, conſtituirte er zugleich ſtylo Italico conſules & ſenatores. Conf. alias de Lubeca *Mev. in præfat. ad jus Lubec pag.* 6. *num.* 41. & pluribus ZAHN *in politia civitatum pag.* 636. *num.* 90.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0034
DFG

& *dein ad πρῶτα tit. de Jurisdict.* §. 18. *2. Imo licet olim Consulum & Senatorum appellationes inter municipiorum (Land-Städte) magistratus sensim irreperent: non tamen mox simul & semel desierunt veteres judicialium tituli & ordines, nec statim peregre allata Consulum dignitas primo loco inter magistratus urbici elogia stylo publico commemorari cœpit, sed SCABINIS honor antiquus diu servatus fuit. Unde apud Colonienses adhuc An. MCCCXXX. ordo titulorum der Stadt Obrigkeit hic est: Wir Richter, Scheffen, Rad und Gemeine. Imo in vicinia Magdeburgi Anno MCCCIX. in charta BVRCHARDI num. 1703 §. 21. ap. LEVBER habetur: Wie Seppen, Rathmanne und Meester der Innungen und Borger, & in novo foro nostro adhuc sub Julio & Henrico Julio: unserm lieben getreuen Schœppen und Burgemeistern in unser Neumarck vor Helmstedt. Dresdæ magistratus urbicus Sec. XIV. adhuc titulo usus: Wir Richter und Schœppen. Nec similia deerunt in scriptis publicis, talia indaganti-bus.

*2. Ubi ita: Quare silentio vix prætereundum, in oppidis & civitatibus quoque magistris & senioribus, quos demum latine CONSVLES & senatum Hohenstauffiorum ætate more Italorum appellavere.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0035
DFG

§. VIII.

Von der Raths-Wahl unter den Fränckiſchen und Schwäbiſchen Käyſern.

Circa electionem ſenatus civici itidem conſtat, quod introductis licet conſulibus cum ſenatoribus, non mox eadem fuerit penes cives, ſeu burgarios aut ipſos viros ſenatorios. Sane in conſtitutione FRIDERICI I. *Tom. III. Conſtit. Imper. ap.* GOLDAST. *pag.* 335. Anno MCLVIII. judicatum refertur: *Conſules ceterosque magiſtratus aſſenſu populi per imperatorem creari oportere*, (nihil hic de electione Senatorum aut civica) *qui ſacramentum ei dicerent, ac jus regium civiumque tueri ſcirent.* Imo in civitatibus provincialibus pro territorii dominis in hoc argumento decidit charta FRIDERICI II. quam recitant MADERVS *pag.* 225. *antiquit. Brunſuic.* & SCHANNAT. mutato ſaltem anno MCCXXXII. in annum MCCXXXIII. ni typographi mendum ſubſit *pag.* 196. *num.* 35. *Vindemiarum Fuldenſ.* aſt longe magis integram *auctor apol. elector. Colon. in adjunctis pag.* 11. *verbis*: *Ne civitates, vel oppida Alemanniæ communia conſilia, & magiſtros civium ſine Archiepiſcoporum* (verius & generalius der Land-Herren) *conſenſu eligant, ceteroquin enim ejusmodi* ELECTIONEM PRO NVLLA DECLARATVM *iri.* Si exemplis certandum, nec hæc nobis deſunt. Sic antiquiſſima urbs: CLI-

Binæ chartæ in hanc rem Friderico-rum.

VIA,

VIA, ut & VESALIA; jus eligendi consules, & Magistratum nactæ sunt a comite Theodorico VIII. Sec. XIII. vide TESCHENMACHER *pag.* 141. Sic Anno 1298. cives Patavii habere voluerunt *magistrum civium, consules & rectores civitatis a se electos, & sigillum speciale, & campanas jam erexerant* (sunt verba: Steronis) *ad eorum consilium convocandum, & sic intendebant more regalium civitatum, ut puta Ratisbonæ, regi.* Vid. Henricus Stero apud CANISIVM *Tom. IV. pag.* 213. & apud FREHERVM *Tom. I. pag.* 579. Plane Patavio vicinum Salisburgum percelebris & antiqua urbs, consulum electionem demum Anno 1432. a Friderico III. impetravit. HVND. *in metropol. pag.* 29. *edit. vet. & pag.* 20. *edit. nov.*

Ambitio der Land-Städte.

§. IX.

Neque juri politiæ sub Franconicis & Suevis potestati consulum, & Senatus urbici, qui rarior tunc erat, sicubi erat, notabile iucrementum accessit. Nec, ut olim aliquando, municipiis apud Romanos permissum, jus autopolitiæ illimitatum, sive modum habendi, sive partem ipsius politiæ respiciamus, ipsis contigit, sed res suæ substitisse videntur in statu, quo illas sub Saxonibus supra reliquimus. Ut omnis vis

Ob der Stadt-Rath unter den Fränckischen und Schwäbischen Käysern die policey überkommen.

vis politica magiſtratus urbici in QVARVNDAM *1. rerum quotidianarum cura, ſub inſpectione principum horumque officialium ſuperiorum gerenda, terminaretur. Ne arbitrio quidem ipſis in maximam civitatum partem, omnia ſcilicet opificiorum genera, omnesque opificum claſſes ipſi relicto. Ne vero gratis hæc & absque teſtimonio dixiſſe videamur: teſtes nobis ſint duæ chartæ, altera Henrici regis VII. filii Friderici II. Anni MCCXXXI. altera ipſius hujus Friderici Anni MCCXXXII. Prior *2. civitatibus, adeoque multo magis civitatum magiſtratui prohibet, ne *ullas communiones, quocunque nomine* (v. c. Zünffte, Gilden, Innungen) *appellentur, nec ullas conſtitutiones ſine Cæ-*

*1. Habes enim adhuc in Städte-Recht, ſive Weichbild meram recenſionem eintzeler Handwercke und Gilden, die Eſſen und Trincken verkauffen, in tractatione & expoſitione Politiæ Senatoriæ municipalis nullum regulæ univerſalis de omni & abſoluta politia veſtigium, ſed Fleiſcher, Becker, Brauer cum paucis aliis tantum commemorantur.

*2. Extat hæc charta *in Apol. Elect. Colon. pag.* 10. 11. Eam ex authentico nobis dedit SCHANNAT *H. Wormat. C. D. pag.* 109. In vernacula apud FRIESE *pag.* 757. H. Wirtsb. mutila & corrupta, unde illam accepit LVNIG *Tom. III. part. gen. pag.* 150.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0038
DFG

Cæsaris (quod de civitatibus regni, seu imperii intelligo) *& dominorum suorum* (quæ mihi ad civitates provinciales spectare videntur) *auctoritate faciant.* Posterioris seu Fridericianæ *3. chartæ hæc sunt: *Hac nostra edictali sanctione revocamus in irritum, & cassamus in omni civitate, & oppido Alemanniæ* (idem judicium sine dubio & Cæsaris fuit extra Alemanniam, ut infra dicenda evincent) 1) *communia consilia* *4. 2) *magistros civium seu rectores,* *5. *vel alios quoslibet officiales, qui ab universitate sine Archiepiscoporum vel Episcoporum* (quidni & principum reliquorum, quorum respectu territorii sui, si non majus, certe idem jus, quod præ-

*3. Legitur hæc ap. MADERVM in *Actis Brunsuic. pag.* 233. hinc inde hians, & ap. SCHANNAT. *in Vindem. I.* 196. magis adhuc, quam ap. MADERVM mutila; nec integrum, nec sine mendis est exemplum auctoris *apol. Colon. pag.* 13. *seq. d. l.* Summam ejusdem cum subscribentibus nobis recitant BROWER *annal. Trev. pag.* 128. & SCHATEN *in annal. Paderb. II. pag.* 13. Tandem ex archivo Wormatiensi depromtam integritati suæ restituit SCHANNAT *H. W. in probat. d. l.*

*4. Refer huc alle Zusammenkünffte, Morgensprachen der Gilden und Handwercker.

*5. Cogita hic alle Burgemeister, Rathsmeister, Rathsherren, Rathmannen u. d. g.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0039
DFG

sulum fuit,) *beneplacito statuuntur, quocunque pro diversitate locorum nomine censeantur, irritamus nihilominus & cassamus cujuslibet artificii fraternitates, seu societates, quocunque nomine* (teutonico scilicet sermone) *vulgariter appellentur.*

§. X.

An sub Francon. & Suevis jurisdictionis municipalis (der Rathhäuslichen Gerichte) extensio vel incrementum contigerit?

Porro quod feliciora fata nondum affulserint rei Senatoriæ oppidanæ respectu jurisdictionis, & huic cohærere solitæ statuendi potestatis Franconibus Suevisque sceptra tenentibus, facile est ad probandum. Nam si cui non sufficiunt binæ chartæ Friderici II. Cæsaris, filiique Henrici Regis, quæ utræque tamen satis exiguam Senatorii magistratus in urbibus potestatem loquuntur, ipsique eo ipso, quo omnem constituendi, seu statuendi facultatem demunt, simul eidem etiam jus dicendi potestatem cum qua alias jus statuendi cohæret, si non in universum, certe maximam partem demunt: illum minimum facile reliqua jura, quæ vel post Francones & Suevos noviter condita, vel partem noviter in lucem producta sunt, veritatem docere & forte persuadere poterunt. *1. Initio

*1. Nobis cum facit GVNDLING tit. de jurisdictione.

Initio provocamus hic ad jus Weichbild. *artic.* 42. quod jurisdictionem consulum & senatus civici his cancellis definit, & sequentes causas tantum recenset: die Rath-Männer haben Gewalt zu richten über aller geringer Maas, über ungerecht Gewicht und Schœffel, über allerley Speise-Kauff und (*vid. Artic. XIX. ibid.*) über die Becker, die klein Brodt verkauffen, über die Fleischer, die ungebe Fleisch verkauffen, und über die Marckhöcker, dass sie recht Kauff geben. Habes hic causas in quibus cognoscunt & judicant consules & senatores vi & jure instituti sui originarii. Habes porro hic personas quibus jus & quatenus dicere possunt. Nempe ex lege Weichbildica sive civitatensi Stede-Recht, ut sæpe alias dicitur. *Vid. Specim. in prolegom.* §. 82.*2. Opifices, qui res ad victum pertinentes perperam vendunt, consules (den Stadt-Rath) expertos fuisse censores. Est autem jus Weichbildicum non inter antiquas fabulas cum quibusdam improvide referendum, sed pro communi civitatum juris Saxonici lege fundamentali habendum. Sane cum olim noviter civitates con-

*2. Cavendum itaque est a regula generali: Alle Handwercke, vel alle Gilden richtet und regieret der Rath. Licet enim regulam hanc generalem formaverit Glossa ad Artic. XIX. WEICH-BILDI

derentur, & inter dominum (den Landes-Herrn) & easdem controversia emergeret, v. c. de jure Statuta condendi, aut jus dicendi, quæstio etiam e remotissimis locis ad consultationem SCABINORVM MAGDEBVRGENSIVM, ut illam secundum jus, quod in litibus CIVITATVM Scabinis his præter WEICHBILDVM nullum in usu erat, resolverent, ablegabatur. Vt causas civitatum secundum scita WEICHBILDI decidere, idem esset, ac jure optimo decidisse. Probationis loco nobis sint Culmenses, de

BILDI verbis: die Handwercker, (sive Gilden,) sollen unter dem Stadtrath seyn und der soll sie regieren; contextus tamen cum articuli XIX. tum articuli XLII. in recitatione quorundam opificum subsistunt. Nec movemur verbis articuli XLIII. noch keine Innung ohne der Rathmannen Urlaub, quæ in genere concepta videntur. Nam ipsius articuli nexus facile demonstrat, quod sermo sit de propolarum (Marckhocken) malitia, qui circa merces suas ad victum pertinentes delinquunt, ut hi jure unionis seu Gildæ non gaudeant, nisi a senatu emendati. Sane si opifices cum Gildis suis in universum subjiciendi fuissent senatus jurisdictioni, non opus fuisset singula exempla enarrare, sed sufficisset brevis atque perspicua regula unica: Opifices & Gildæ senatus jurisdictioni subsunto.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0042
DFG

de quorum gestis HARTKNOCHIVS *in historia Borussiæ*, nobis *pag.* 564. sequentia recitat: *Hie ist aber die Frage, ob die Städte in Preussen selbst ohne sonderliche Verwilligung, Zulass und Confirmation des Ordens solche Wilkühre beliebet und gemacht, oder ob der Orden darzu hat müssen concurriren? Es ist davon auch schon vor Zeiten gezweiffelt, und gestritten, indem die Städte das Recht prætendiret; der Orden ihnen aber nicht gestatten wollen. Deswegen haben die von Thoren sich bey den* MAGDEBVRGERN *müssen Raths erholen, da ihnen dieses zur Antwort worden. Es konten zwar die Städte auch ohne Verwilligung des Haus-Comthurs (welcher auch Burggraf genennet wird) solche wilkührliche Rechte setzen, doch nicht von allen, sondern nur von geringeren Sachen, oder wie es in Rescript selbsten stehet; in Sachen, die nicht Leib und Glieder angehen. Es hat aber der Streit damit kein Ende gewonnen, deswegen die Magdeburger mehrmahlen in dieser Sache befraget worden, da sie auch endlich geantwortet, es solten auch die wilkührliche Rechte von geringeren Sachen nicht anders denn mit Verwilligung der Obrigkeit gesetzet werden.**3.

*3. Atqui quæstio de statutis resolvitur e quæstione de jurisdictione CARPZ. III. 2c. 19.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0043
DFG

§. XI.

Practica juris dictionis civitatum provincialium post Francones & Suevos hinc inde in imperio practicata.

Subjiciamus nunc his legibus & juribus praxin seu usum forensem publicum hinc inde in imperio iisdem respondentem, & robur etiam post Seculum XIII. superaddentem. In vicina Brunsuicensium provinciis Westphalia, præsulatuque Paderbornensi hæc ex charta Theodorici episcopi obliterata Brakelensis civitatis jura & privilegia Anno MCCCXVI. restaurantis nostra facimus: *Cum consensu capituli nostri expresso antiquum jus & consuetudinem per* CONSVLES *& oppidanos in Brakele a prædecessoribus nostris antiquitus habitum & possessum, videlicet disponendi, ordinandi, statuendi de* PANE, CEREVISIA & CARNIBVS *in eorum oppido ratificamus. Dictum jus &* JVRISDICTIONEM *ipsis literis præsentibus innovamus, ut cannam secundum juramentum nobis præstitum statuant.* Mox tamen circa graviora delicta additur temperamentum, ne & hæc tribunali suo subjiciat senatus: *quod si quis burgensium super mensuram vel cannam a consulibus statutam, falsam, quod absit, habuerit, hoc* NOBIS *vel in* JVRE *vel in gratia emendabit.* Ante fores fere nobis est celebris civitas HALBERSTADIVM, quod jurisdictione fere caruit usque ad tempora FRIDERICI WILHELMI M, qui aliter cum senatu

natu transegit. In terris Anhaltinis hodienum BERENBVRGO cum COTHENAVIA a judice urbico a principe constituendo jus in causis suis forensibus dici reddique solet. Eodem loco sunt res variorum oppidorum in Franconia, ipsum Culmbacum; quod sedem non raro præbuit principibus suis, juridico gaudet Marchionis præfecto seu Ammtmanno. De Wurtenbergensibus notat BESOLD. in thesauro ad rubrum. Burgermeister in descriptionibus finium (Lagerbüchern) civitatum ducatus hæc legi: daſs ihrer Fürstl. Gnaden alle Herrlichkeit, Gewaltsam, Geboth und Verboth, auch hohe und niedere Gerichte in der Stadt gehöhre. Verum non sunt omittendi in superiori Saxonia Misnenses. De regia electorum Dresda discimus ex WECKIO *pag.* 187: daſs die Marggrafen vor diesen die Gerichte über die Stadt gehabt, bis Landgraf Balthasar zu Thüringen und Marggraf zu Meissen dem Rath solche anno 1425. verpachtet, und endlich Herzog Moriz ihnen gar überlassen. De Dresda veteri civitate anno 1403 donata habemus chartam Landgravii Wilhelmi de nova urbe: daſs man daselbst kauffen, verkauffen, allerhand Handelschafft und Handwerck treiben, und Innungen haben solte, obschon die Gerichte die OBEREN und NIEDERSTEN dem Landesherrn vorbehalten blieben! *vid.* WECK. *pag.* 473. & ex eo & SCHWARTIO MEN-

MENCKEN *tom. III. pag.* 1050. Tandem magis respondent Juri Weichbildico & Chartæ Episcopi Paderbornensis Theodorici, quæ de Colonia Agrippina extant apud *Autor Apolog. inter Adjuncta Nro.* 64. *pag.* 160. sub rubro: *Ditt iß selche Recht, wie man dat an deme hoen Gerichte hynnen Colne halden indrichten sall:* item *so en sall upp der Bürger Huys vur das Raitz-Gerichte neit vurder richten dann zehn Marck den Burgern und den Gesten. Item die Burgermeistern en soelen niet vurder richten dan van maissen ind Punt-Gewicht und dat essen Spiese anetryfft.* Quare in laudo a Carolo IV. fol. 36. ibidem confirmato Scabini Colonienses definiunt (ut ibi habetur) quod *Magistri Civium* (in Curia scilicet & sententiis) *vel alii potentes Cives* (de facto scil. extra Curiam) *in* BRAXATIONE CEREVISIÆ & in PISTVRA PANIS & *in venditione carnium ac in aliis quibuscunque* (ad macellum scil. ut nexus docet) *pertinentibus nihil penitus attentent contra statutum civitatis.* Ex quibus recte colligit apologeta *pag.* 134 & 167: daß Burgemeister und Rath zu selbiger Zeit unter den Bürgern (Seculis XIV. XV.) der Stadt Cölln, und Auswendigen keine Jurisdiction, denn nur allein gleich andern MVNICIPAL-Städten in geringen nit zehn Marck Cölnischen sich betragenden Sachen, und von Gewicht, allein

lein Eſſen-Speiſe betreffend, wie auch in den Bier-Häuſern in ihren Bezirck mehr nit denn über fünff Schilling zu exerciren gehabt, oder zu cognoſciren.

§. XII.

Diximus ad præcedentem paragraphum non omnes opifices nec opificia omnia juridicos habere conſules & ſenatores: idem nobis repetendum videtur reſpectu politiæ. Nam 1) politiæ jus per reformationes politicas Imperii in genere pertinet ad principes 2) Fridericus II. & filius Henricus VII. jus: unionum, ſocietatum, der Innungen, Gilden, curiali ſententia conſulibus & ſenatoribus abjudicarunt, viciſſim autem principibus adjudicarunt. * 1. 3) Nominatim in chartis Helmſtadienſibus vetuſto tempore definitum eſt: Alle Gilden ſind des Abts. 4) Jus Weichbildicum, ut breviſſime potuiſſet, nullibi per modum regulæ univerſalis omnes gildas ſubdit den Räthen in den Städten reſpectu jurisdictionis. Itaque probabiliter inter gildas

De jure politiæ Conſulum & Senatorum municipiorum in opificia.

F di-

*1. Secuti plane videntur in ſententia jus civile, & *tit. de colleg.* qui collegia cogi vult juſſu & auctoritate principis romani, non ſecundum ſingulorum beneplacitum.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0047
DFG

distinguendum olim *2. videtur secundum jus Weichbildicum, ut circa jurisdictionem distinctum. 5) Usu provinciarum Germaniæ hodierno constat, quod principes gildis formam (die Gilde-Reglements) præscribant, prout ipsis e re visum, committantque formæ præscriptæ executionem itidem illis, quibus ipsis ex utilitate visum. E quibus omnibus concludendum videtur: consules & senatus respectu juris politiæ in opificia pro norma & fundamento agnoscere debere principum suorum moderamen & arbitrium, quousque de gildarum politia ipsi statuere velint.

§. XIII.

De LL. civitatum Henrici & patris Friderici II. cur denuo agendum.

Cum vero sive leges sive sententiæ & res publicæ judicatæ Henrici & Friderici II. magnam partem *1. jurium principum in municipia exponant

*2. Sunt etiam civitates imperiales, ubi distinguitur; & Gildæ inter senatum & prætorem dividuntur, ut de Argentorato constat, vid. SCHILT. *in Glossar. verbo:* Ammtmann. WENCKER *de Usburger. pag.* 23.

*1. Siquidem 1) de municipiorum nomothesia seu statuta condendi jure 2) de tribuum der Gilden, ut alibi dicitur jure 3) de municipum jure eligendi

ponant atque confirment, operæ pretium nobis videtur idem dictis adhuc adjicere sequentia. Scilicet cogitandum hic esse quod hæ leges non sint decreta Friderici & Henrici in certum tempus, aut ad dies vitæ auctorum conscripta, nec mera singularia edicta, motu proprio ab utroque rege patre & filio, ex affectu in Wormatiensem Præsulem promulgata, aut e quodam in Wormatiensium *2. civitatem concepto odio edita, aut forte clam & per sub atque obreptionem artibus clericalibus a præsulum cætu emendicata jura. Verum quicquid hic in causa civitatum constitutum est, in solemni curia, post quæstionem de civitatum juribus rite propositam, habitamque de eadem maturam consultationem, a Principibus & ceteris sacri palatii proceribus, (sunt verba chartæ Henrici) *sententionantibus*, ut dicitur

gendi sibi MAGISTROS CIVIVM, aut alios quoscunque officiales, quocunque pro diversitate locorum nomine appellentur. vid. *Chart.* Friderici II.

*2. Sane si nulla alia probatio, per quam has chartas legibus imperii universalibus asserere liceret, in medio foret, vel sola verba: *quocunque pro diversitate locorum nomine appellentur* ipsi chartæ Fridericianæ inserta ad omne dubium, quasi ad solos Wormatienses spectaret, luculentissimetollendum nobis sufficere possent.

in contextu pronunciando definitum est. Imo deinde in plenis comitiis Ravennatensibus Anno 1234. sub Friderico II. *per exquisitam ex decreto Principum sanctionis seriem* (ita diserte in diplomate Friderici II.) *& ex certa Imperatoris scientia in forma judicii processit*, denuoque repetitum ac confirmatum est. Transmissæ quoque postea sunt hæ eædem sanctiones ad civitates, cumque paulo post eisdem cives Wormatienses obniterentur, auctoritate imperiali proscripti, pœnæque in his sanctionibus contentæ, ab ipsis exactæ sunt. *Vid. pag.* 369. SCHANNAT. *in Histor. Wormat.* & C. D. *ibid. pag.* 109. *sequ.* Ut frustra sint omnes, qui fidem legum nostrarum impugnant, vel de illarum authoritate dubitant.

§. XIV.

Quæ contra CONRINGIVS moverit.

Quæ ideo paulo latius exponenda, argumentisque & auctoritatibus corroboranda fuerunt, quod a viro quodam summo, & historicotato chartis nostris objectum fuisse, recordamur: 1) quod neutra chartarum uspiam existat in ullius civitatis archivo. Hic salva reverentia, quam etiam post fatum eruditissimi viri manibus jure eruditorum orbis debet, quærere liceat: an vir optimus omnium civitatum scrinia

scrinia per vastum nostrum Imperium perrepta-
verit? 2) Quæ quæso civitas præcipue pro-
vincialis est, cujus Archivum a Seculo XIII. in-
tegrum adhuc persistat? 3) Quis demonstrare
potest necessitatem juris, quod omnia in comi-
tiis, deque jure publico decreta, semper com-
municanda fuerint cum civitatibus provinciali-
bus, & in earundem Archiva, præcipue cum
nondum satis constet inter Doctores, an jus Ar-
chivorum habeant, vid. FRITSCH *de Archiv.*
Cap. III. *num.* 21. recondenda? II. Urget vir Rat. II.
summus: quod Henricus & Fridericus ita con- CONRING.
stituerint, civitatibus nescientibus, nolentibus.
Enim vero quis pro civitatibus provincialibus,
in ordinem viamque a cæsare & ordinibus Im-
perii reducendis, scrupulose harum scientiam &
consensum de jure requirat? Quod III. profert Rat. III.
argumentum: quod Seculo XIII. civitates pro-
vinciales gavisæ sint jure: CONFOEDERAN-
DI; mihi leve videtur. Initio enim, quæ jura
competant civitatibus provincialibus, non est
ipsarum definire, sed dominorum suorum, præ-
cipue auctoritate Imperii comitiali, cui omni-
no municipiis standum ac parendum. Dein sub
Friderico, & filio Henrico, civitatibus impe-
rialibus jus confœderationum, nulla lege Im-
perii ipsis auferendum, competiisse, vix est ut
probetur. Sane cum sub Rege Wilhelmo Anno

1154. famoſum illud fœdus civitatum Rhenenſium iniretur, INAVDITO EXEMPLO id factum dicit DATT. *Lib. I. Cap. 4. num. 30. 31.*

Rat. IV. Ultimo IV. concludit vir ſummus diſputationem, argumento a NON USU deſumto, ſcilicet quod leges Henrici, atque Friderici, non fuiſſent in Germania obſervatæ. Enim vero, licet dandum ſit eidem non uſum, ut fieri ſolet, hic acceſſiſſe, ſimul tamen probanda eſt hujus non uſus juſtitia. Siquidem conſuetudinis juri contrariæ non tanta vis eſt, ut aut rationem vincat, aut legem. Demonſtrandum itaque erit in loco, morem contrarium, aut lege ſcripta, aut conſuetudine legitima niti, aut alio juſto titulo, v. c. privilegio, exemtione, vel diſpenſatione dominorum civitatum provincialium. Minimum recentior lex Imperii, quæ leges jam bona f. recitatas ſuſtuliſſet, nobis inter legendum auctores, chartasque huc pertinentes non fuit obſervata.

§. XV.

De civitat. inferioris Saxoniæ eminentiori eruditione credita,

Sunt tamen, qui hic nobis opponunt, hactenus dicta forte quidem ad ceteras per Germaniam civitates applicari poſſe, ad Saxoniæ inferioris urbes non æque; eſſe enim harum conditionem longe aliam, & ceterarum urbium condi-

conditioni longe splendidiorem. Ne vero huic sententiæ Advocatus desit, demus ipsi satis eloquentem, & quæso, quem alium, quam eruditum quondam Brunsuicensis civitatis Syndicum, cujus sermo in Replica contra Reverendissimi, & Sereniſſimi Henrici Julii exceptiones ita *pag.* 204. *Part. II. Act. Brunsuic.* adde KLOCKII *Consil. adopt. tom. III. consil.* 134. *n.* 182. *seqq.* fluit: „ Zum Vierdten ist durchs gantze Reich Rat. I.
„ notorium, kund und offenbahr, liegt auch in
„ Reichs-Abschieden aller Welt vor Augen,
„ daſs es mit den vornehmen Niederſächsiſchen
„ Städten: â prima, rerum origine, eine weit
„ andere (als mit schlechten Landstädten) und
„ sondere Meynung gehabt, und noch habe Sa-
„ ne II. (ita pergit) in inferiori Saxonia nata Rat. II.
„ est, ut ipsi quidem videtur, illa præsenti statui sa-
„ cri Romani Imperii bene congruens distin-
„ ctio civitatum, quod quædam civitates a)
„ imperiales liberæ, b) quædam prorsus sub-
„ ditæ, quædam c) mixtum obtinentes statum
„ certis pactis Principes recognoscant, & alias,
„ suam tueantur immunitatem III. accedere di- Rat. III.
„ ctis hactenus fidem ex RAYN de Fort. in L,
omnes populi num. 23. 24. BART. qui explicat *num.* 3. BALD. *num.* 18. 19. IOAN. BAPT. SANSEVERINVS *num.* 8. IOAN. CROT. *num.* 17. qui omnes Dd. cum dictis Bartoli transire dicit,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0053
DFG

cit BOLOGNETVS *num.* 39. VDALR. ZAS *num.* 6. *cum ſequ. ff. de juſtit. & jur.* d. n. ANDR. GAIL *lib.* 2. *obſerv.* 54. *num.* 10. *& libr. ſing. de Arreſt. Imper. Cap.* 6. RVTGER RVLAND. *de Commiſſ. libr.* 5. *cap.* 4. *num.* 41. *usque ad num.* 48. JOACH. MYNS. *Reſponſ.* 13. *num.* 10. „ Quartum argumentum a civitate „ Brunſuiga deſumtum reliquis prolixius eſt.

Rat. IV. „ IV. dicitur: Es iſt die Stadt Braunſchweig, wie „ die vornehmſten Geographi nnd Hiſtorici „ ſchreiben, gleich in der Mitten des Sachſen„ Landes gelegen: und centrum terræ Saxoni„ cæ, auch in Braunſchweigiſchen Lande die „ vornehmſte Haupt-Stadt allezeit geweſen, „ und durch Gottes Gnade noch, von welcher „ die benachbahrte Städte, als Zelle, Peine, „ Königslutter, Schöppenſtedt, Helmſtedt, Du„ derſtadt, Einbeck &c. ihre Rechte nach Sach„ ſen-Recht (de quo *in repertorio über das „ Sächſiſche Recht hinter den Weichbild, verb. „ Stadt;* verſ. *in einen jeglichen Land*) von „ Alters daſelbſt gehohlet, Braunſchweig aber, „ als das Caput provinciæ, hat ſein Recht von „ keiner andern Stadt gehohlet, wie auch TE„ LEMONIVS Ornatomontanus in narratione „ belli Brunſuicenſis Anno 1499. ſcripta & publi„ ca bezeuget. *Capitalia negotia* (ait ille) *per „ Advocatum & Aſſeſſores ex Magiſtratu tran„ſi-*

„ *ſiguntur, idem eſt in omni cauſa ſanguinis, is*
„ *ipſe Advocatus jus populo dicit, aut ad Magi-*
„ *ſtratum remittit, nec tamen ſtatuti, aut con-*
„ *ſuetudinis normam egredi poteſt, conſuetudine*
„ *magis & jure Saxonico utuntur.* Hæc ille.
„ Derowegen die Appellationen nach Sachſen-
„ Recht ohne Mittel an die Kayſerliche oder Kö-
„ nigliche Majeſtät von der Stadt Braunſchweig
„ gangen, *Artic.* 12. *cum Gloſſ. num.* 10. *kein*
„ *beſchloten Urtheil, Landrecht Lib.* 2. *Artic.*
„ 10. *cum Gloſſ. num.* 9. *verſ. für baſs mehr ſolt*
„ *du wiſſen &c. Artic. XI. XII. cum Gloſſ. Ar-*
„ *tic. XIII. XIV. XV. Weichbild*, da alles gantz
„ lauter erkläret iſt. Es hat auch die Stadt
„ Braunſchweig (gleichwie auch alle andere
„ vornehme Niederſächſiſche Städte) ihr me-
„ rum & mixtum Imperium, cum jure fiſci re-
„ gali gehabt, ehe und zuvor ſie an die Herzo-
„ gen zu Braunſchweig und Lüneburg gelanget
„ iſt. Quemadmodum enim V) Cæſar Lom- Rat. V.
„ bardicis civitatibus Regalia, & merum atque
„ mixtum imperium, eoque & jura fiſci conceſ-
„ ſit, ita Carolus M. & Otto M. idem jus fiſci
„ Saxoniæ civitatibus merum imperium obti-
„ nentibus tribuerunt, apertus namque VI) in Rat. VI.
„ hunc ſenſum textus eſt in *Artic. XXVIII.*
„ *Landrecht Lib. I. Auctor differ. jur. civ. &*
„ *Saxon. Lib. I. diff.* 35. *& Lib. II. P.* 1. *diff.* 34.

„ Quod jus Saxonicum & illi Cæsares Saxoni-
„ bus confirmarunt, uti diploma Ottonis M.
„ juri Magdeburg. dem Weichbild præfixum,
„ ostendit. Quare, in statutis Brunsuicensibus
„ Cæsarum auctoritate atque confirmatione plu-
„ ries & continua serie comprobatis, jam olim,
„ & ante 200. & plures annos, inter cetera hoc
„ quoque de publicatione & confiscatione bo-
„ norum caput extat: Wer sich unterstehet
„ Zwietracht zu stifften zwischen den Rath und
„ den Gilden, oder zwischen den Rath und der
„ Gemeinde, sein LEIB und GUTH stehet in
„ des Raths Hand.

§. XVI.

Ulteriores Rationes pro ead. civit Sax. infer. eminentia ex Resp. Brunsu.

Addunt his pro Saxoniæ inferioris urbibus, illarumque exochis demonstrandis, D. WILLER, D. BENDER, & D. HEROLD in Responso suo pro civitate Brunsuicensi, quod extat *pag.* 2161. *sequ. Actor. Brunsuic. tom. II.* multum interesse inter primarias civitates Saxoniæ inferioris, & civitates Saxoniæ superioris, vel Germaniæ superioris; illas enim ratione jurium & privilegiorum multas etiam ex civitatibus imperialibus longo post se intervallo relinquere, 2) jus meri imperii cum suis regalibus exercere, publicorum & privatorum pœnas statutis

tutis ſuis ſancire, 3) obtinere ad exemplum civitatum Longobardiæ jura præſidum, 4) frui juribus fiſcalibus, *vid. Artic. LIX.* Weichbild, ubi de jure occupandi bona adeſpota, * 5) jam olim, vid. *pag.* 2176. *d. l.* ſubfuiſſe CAROLO M. & Cæſaribus ſequentibus, immediate, nec paruiſſe Duci, usque ad HERMANNVM BILLINGIUM, *argum. Lib. I. cap.* 10. HELMOLDII *Chronici Slavorum*, 6) conceſſiſſe Carolum M. & OTTONEM M. S. inferioris civitatibus Regalia, jura fiſci, utrumque imperium. Landrecht *Lib. I. Artic. XXVIII.* AUCTOR *different. inter jus civile & canon. Lib. I. different.* 35. *lit.* 2. *different.* 34. HELMOLD. *Lib. I. cap.* 10. KRANZ. *lib.* 2. *cap.* 22. 23. *Saxoniæ.*

§. XVII.

Enim vero, quod initio ſtatim allegatur: eminentiam ſcilicet civitatum inferioris Saxoniæ, ex ipſorum Imperii Receſſuum evolutione, cuilibet eluceſcere; ejus vellem, ut Syndicus attuliſſet probationem, vel minimum receſſum imperii, qui tam egregie faveat civitatum inferioris Saxoniæ cauſæ, citaſſet. Nec eſt, quod urgeas huc ſpectare tot receſſuum Imperii de civitatibus Hanſeaticis loca, quæ hinc inde proſtant, ut in

Reſp. ad argum. a civit. Sex. infer. prærogat. ad arg. I.

* Imo hic nil von STEDEN, ſed de jure regio circa bona vacantia.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0057
DFG

R. I. 1542. §. 58. R. I. 1543. §. 28. R. I. 1548. §. 47. R. I. 1555. §. 53. R. I. 1557. §. 50. R. I. 1567. §. 22. R. I. 1582. §. 21. R. I. 1603. §. 8. R. I. 1641. §. 33. *1. Dicta enim ibi de Hanseaticis civitatibus dicta debere censeri de civitatibus Saxoniæ inferioris, cum Hansa his civitatibus composita fuit. Nam hic respondeo 1) in Hansa etiam fuisse plures extra Saxoniam civitates, ut docet syllabus PONTANI *lib. 8. Histor. Dan. pag. 493. seq. &* WERDENHAGII *libellus de Civitat. Hanseat.* Dein 2) in allegatis recessibus accurate distinguuntur civitates Hanseaticæ in tres classes (a) in illas, quæ plane ad Imperium germanicum non pertinent, (b) illas, quæ nemine intermedio imperio subsunt (c) illas, quæ principes imperii dominos habent. Deque hac ultima classe sæpius & solicite monetur, ne sub specie contributionis ab ipsis tunc ad bella contra imperii hostes exactæ, caput efferant, nec principibus suis segnius, quam civitates mediatas & provinciales decet, pareant. Quod monitum dein ab ordinibus imperii, cum de pace germaniæ restauranda in Westphalia Anno MDCXXXXV. in fine anni consilia agerentur, denuo repetitum est. *Conf. Protocoll. princip. evangelic. Osnabrugæ de 6. Decembr. ante merid. in actis Pac. Westphal. illustris Domini de* MEIERN, *tom. II. pag.* 121. Itaque ex his imperii *recessibus.*

bus, vel nihil vel parum civitatum Saxoniæ inferioris causa juvatur. Imo minus adhuc ad laudem harum civitatum faciunt, quæ in Receſſibus imperii de illarum auſibus in principes ſuos leguntur. Certe nos quidem in *Rec. Imper. de Anno MDXXXXVIII.* invenimus; daſs etlicher Fürſten und Herren Städte, ihrer Landes Fürſten publication des Reichs-Abſchieds, und darauf geſchenen Gebots nicht geachtet, und ſich daher allerhand Unrichtigkeit, abſonderlich in Niederſächſiſchen Crayſe, zugetragen, u. ſ. w. * 1. Quod malum in tantum excrevit, ut plane Imperii nomine in dicto Receſſu ſimul peculiaris inſpectio, ac inquiſitio, decreta fuerit. Et jamdiu ante hunc Receſſum in fragmentis Chronici Bardewicenſis *pag.* 218. *Tom. III. rer. Brunſuic.* obſervo: quod inferioris Saxoniæ civitates MALE PARUERINT ſuis principibus, unde conventum Quedlinburgi de his in ordinem redigendis a Principibus Anno MCCLXIX. actum celebratumque fuiſſe; ita enim cit. fragmentum: Anno 1269. kamen de Forſten von Sachſen, Hertoge Albrecht von

* 1. Præcipuæ quarundam civitatum Saxoniæ inferioris faſtus, ex vana fœderis Hanſeatici gloria conceptus, a debito principibus obſequio, ipſas abducebat. Cauſſ fuſt. civit. Sax. inf.

Brunſuick und Herr Johann von Luneborg, Marckgraffe Otto von Brandenborg, Marckgraffe Wilhelm von Myzend (Miſnia) Graff Gert, und Joan van Holſtein, und de Graffen des Hartes, gemeinlich, und heldten einen Hoff to Quedlinborg, und handelden da gegen de STÆDE, wo ſe de demodigen wolden. Neque vero multo meliores & æquiores tunc erga principes ſuos extra Saxoniam ſe geſſerunt civitates. Nam de ſuperiore Germania hæc ſuæ hiſtoriæ Wormatienſi inſeruit SCHANNAT. *pag.* 368. *de civitat.* ibidem. *Quoniam vero generalis illorum temporum* (ſcil. Secul. XIII.) *querelæ eſſet, cives multitudine & opibus auctos, ſtabiliendæ libertatis nullam non occaſionem ubique arripere; placuit in iisdem comitiis malo increſcenti remedium quærere, ne cives juſtum ac aſſuetum dominorum ſuorum jugum plane aliquando excuterent.* II. Diſtinctio: inter civitates imperiales, & mixtas; ex mente illorum, qui hac utuntur, non tantum ad inferioris, ſed etiam ad ſuperioris Saxoniæ, Germaniæque civitates pertinet, ut conſtat ex diſputatis circa jura Erfurthi, Stralſundæ, Eslingæ, Friedbergæ, & reliqua III. Ad allegata quod eſt: ſi MYNSINGERVM excipis; qui ad danda civitatum inferioris Saxoniæ eminentium exempla HANNOVERAM, GOETTINGAM,

Reſponſ. ad rat. ſyndici II. a civit. mixt. deſumtam.

Reſponſ. ad rat. III. Syndici.

GAM, *2. & EIMBECAM, nobis sistit, apud reliquos, ut GAILIVM, ZASIVM, negry quidem habetur de pseuda civitatum Saxoniæ inferioris prærogativa, quam Brunsuicensium Syndicus nobis comminiscitur. IV. Ad hoc argumentum, ex quo inclyta urbs Brunsuicensis ad vetera obsequia jam diu rediit, nihil monemus, verum mox pergimus ad argumentum quintum. Sane Longobardorum civitatum exempla non sat commode inter probationis juris & justitiæ referuntur. Cum hæ pessime paruerint Cæsari & imperio quippe utrique fere continuo rebelles, testibus historicis sub Franconicis & Suevicis imperatoribus. Dein Carolum M. *3. SAXONIÆ INFERIORIS CIVITATIBVS singularia, & præter ceterarum civitatum egregia jura dedisse, nec ex *cit. Artic. XXVIII. Lib. I. Specim. Saxon.* nec ex auctoribus differentiarum juris civilis & Saxonici, tum quod hæc testimonia nec synchrona, nec alias in rebus historicis magnæ auctoritatis sint, cum quod etiam nec

Ad arg. IV.

Ad arg. V.

* 2. Quamvis gratis, ut mox sequitur.

* 3. De judicibus regiis civitatum sub Carolingis, jam allegavimus GRYPHIAND. *Cap.* 77. Docebunt vel nomina horum, quam parci fuerint illi in concedendis juribus civitatibus Saxoniæ, si quæ tunc erant.

Judic. civit. Sax. infer.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0061
DFG

nec in *cit. Artic.* nec in differentiarum locis allegatis quicquam de civitatum Saxoniæ inferioris juribus habeatur, ullo modo probari potest. Nec plus præsidii inest chartis Ottonum in *Chron.* WEICHBILDO præmisso, quod nuper *Tom. III. Num. XI.* vero suo auctori REPKOVIO restituit MENCK. Nam fidem harum chartarum jamdiu confecit LEVBERVS *tract.* von erlichen Privilegien der alten Stadt Magdeburg *Part. I. num.* 107. *ad* 161. *B.* III. *edit. Dresdens.* Licet contenta privilegii confirmarint pacificatores in I. P. W. *Artic XI.* §. 8. Tandem (b) nec in *Libro I. Artic. XXVIII.* nec in *Libro III. Artic. VIII. Specim. Saxon.* vel verbulum de civitatibus habetur, sed hereditas vacans comiti, Schuldacio & judicibus, qui jurisdictionem superiorem habent, *relinquitur, ut manifesto erret* DAVTHIVS *d. l.*

§. XVIII.

I. Respons. ad Synd Brunsu. 2. Ratio & methodus dicendorum.

Neque vero difficile est, ad argumenta trium Juris Dd. in §. XII. supra, respondere. Nam (I.) ducibus Saxoniæ inferioris eadem jam olim competiit in urbes suas potestas, quam principes in Germania superiori exercent in suas civitates. Imo inter Duces, qui LIBERA POTESTATE imperarunt primus noscitur HEN-

HENRICVS, ut asserit locuples & coævus testis WIDDECHINDVS *pag.* 634. apud MEIBOM. *Tom. I.* Plane jura regalium eximia, quæque referuntur alias ad Cæsaris reservata, principes augustæ domus Guelphicæ jam multis retro seculis, præ reliquis imperii principibus, exercuisse in provinciis suis, fidem nobis faciunt eiusdem annales, & alia idonea monumenta. *Conf. post ceteros* LVDEWIG *in dedicat. script. Wirtsburg.* Vnde non habent, quo se efferant civitates inferioris Saxoniæ respectu civitatum principum Germaniæ superioris (II.) Quæ de mero & mixto imperio afferuntur, non a diverso urbium per utramque Saxoniam situ, sed exinde dependent: quod quædam jus principum VOGTEIÆ acquisiverint, quædam non acquisiverint. (III.) Secundum civitatum Longobardiæ jura, non sunt æstimanda jura civitatum Germaniæ, nec speciatim Saxoniæ inferioris. Nam quantum in doctrina jurisdictionis & magistratus, obsint provocationes ad jura ultra Alpes, demonstravit B. THOMASIVS *differt. sing. de differentia Magistr. & jurisdict. secund. mor. German.* Ceterum quanta diu fuerit civitatum Italiæ iniquitas, & erga Cæsares insolentia, præ ceteris docet OTTO FRISINGENSIS. *Add.* HAHN sub OTTONE II. *pag.* 114. *b.* sub HENRICO SANCTO *pag.* 191.

Resp. ad arg. II.

ad III.

a. CONRADO II. *pag.* 231. *a. in Hiſtor.*

ad IV. argument, (IV.) In *Artic. LIX. jur. Weichbild.* nil habetur de jure fiſci urbium, nec juvat civitates regula Saxonica: quod akleronometa, & adeſpota ſequantur magiſtratum, item: quod qui habet jurisdictionem ſuperiorem; habeat etiam commoda fiſcalia pro ſufferendis ſumtibus in executiones criminales faciendis. In promtu enim eſt reſponſio: CIVITATES vix habent jurisdictionem criminalem, ni princeps ipſis indulſerit jus VOGTEIÆ. Ergo fruſtra ad V. argum. affectant jura FISCI. (V.) Saxoniam non habuiſſe ducem, niſi cæſarem a Carolo M. usque ad Hermannum Billingium, gratis aſſerit HELMOLDVS, cum interea habuerit duces potentiſſimos LVDOLPHVM, filiumque ejus OTTONEM, penes quem, teſte WITTEKINDO, HELMOLDO longe antiquiore, imperante Conrado I. rerum totius Imperii, non ſolius Saxoniæ, ſumma fuit. De Guelphorum poteſtate ampliſſima, in quos omnia jura & Billingorum, & ducum ad Viſaram, confluxerunt, res non eget demonſtratione. Quæ tandem Num. VI. afferunt Auctores reſponſi, de quo §. XII. nil novi, ſed meras repetitiones continent.

§. XIX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0064
DFG

§. XIX.

Imo ſuper eſt adhuc aliud momentum quod ſpem de urbium Saxon. inferioris præſtantia & excellentia conceptam egregie imminuit, ſcilicet quod jam olim ante conſules & ſenatores jus ipſis dictum fuerit a VOGTIS, SCVLTETISQVE cum Scabinis, nec horum poteſtatem mox ſuſtulerit conſularis ſuperveniens poſtea magiſtratus. Opus tamen eſt, ut præmittamus: VOGTEJAM urbicam apud Saxones, *1. complecti OMNEM jurisdictionem cauſarum, CRIMINALIUM, & ARDVARVM CIVILIVM, cum JVRIBVS aliis pluribus eidem cohærere ſolitis. *Conf.* PINGIZZER *Conſil. I. num.* 24. 25. *a. pag.* 37. *ad* 42. *2. Nam niſi hæc

Refutatio dictorum de eminentia civit. Sax. inferi. per induction.

H 2

*1. Dico apud Saxones. Nec enim vox VOGTEJA ubique unum & idem notat. Nobis Saxonibus Vogt eſt: der Ober- und Criminal-Richter; Franconibus autem idem, qui Judex civilis *vid. Dn.* PRÆSID. *tract. von Sendger.* De Vogteia vid. cum apud PINGIZZER *dict. loc.* tum in *repert.* poſt WEICHBILD.

De Vogto Saxonic.

*2. Hoc reſponſum longe commendabilius eſt MYNSINGERI Reſponſo, *Decad. XIII. num.* 3. Nam licet & PINGIZZER juribus germanorum

De reſponſo

hæc in anteceſſum de hujus vocis ſignificatu dicamus, vis argumenti a Vogteja, Vogtoque alias ſat bene vereque petendi, non ſatis appareret, nec adeo evidens eſt, a JCTIS & hiſtoricis recte & firmiter argui: Civitas habet Stadvogtum, ergo jurisdictio ipſius exigua eſt, anguſtisque cancellis continetur, & multis jurisdictio-

Pingizzeri & Mynſingeri.

rum, maculas e febriculoſa juris civilis gloſſarum ſcientia aſpergat, magis tamen hic excedit MYNSINGER, qui plane omnia in quæ incidit Germanorum inſtituta, Romanorum Gloſſatorum ſcitis, ſpiſſima veluti nubes ſolem, obſcurat, & tenebras iisdem obducit. Unde facile ignoſcimus PINGIZZERO, quod aliquando miſeram egregii Gloſſatoris BALDI criticam ſibi imponere paſſus ſit, v. c. *Nota* inquit *pag.* 38. 39. ex BALDO *ad Lib.* 52. *de LL.* quod *ubi in vulgari ſermo eſt dubius, transferas in latinum, & ſcies ſignificatum vulgarem.* Quomodo enim quis vocabulum aliquod, quod non ſatis intelligit in vernaculo ſermone, apte & utriusque linguæ genio convenienter transferre poteſt in peregrinam & exoticam linguam? Et quæ lux quæſo affundi poteſt verbis, germanicis, quæ pueri quotidie didicimus, & conſtanti uſu rebus præſentibus applicari vidimus, ſubſidio linguæ exteræ, quam regulariter tantum per aliquot annos in ſcholarum umbris ægre & ſæpe cum faſtidio audivimus?

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0066
DFG

dictionis *3. commodis destituitur. Porro adhuc nobis non oblivisscendus est SCHVLTHESIVS. Nam sicuti constituto Vogto urbico civitas caret jurisdictione criminali: ita SCHVLTHESII, sicubi in civitatibus noscuntur, ad se pertrahunt jurisdictionem civilem, siquidem Schultheſii est, civilia debita, ut vox Schultheiſs in patrio sermone arguit, sua JVBENDI potestate exigere, causasque civiles cognoscere. Vt proinde firmum sit consecutionis filum: quæcunque civitas magistratum habet Vogtos, & Schultheſios, aut nulla, aut oppido exili jurisdictione, jureque politiæ, utitur fruitur. Sed jam civitatum inferioris Saxoniæ, ubi Vogtos & Schuldeſios deprehendimur, exempla recenseamus, de vi & potestate utriusque officii sequenti capite plura dicturi.

De Sculteto, & Schultesia.

Regul. de jurid. & polit. municipiorum.

*3. Sane, si recte se habet vinculum consecutionis Brunsuicensium, *pag. Actor. Brunsuicens.* 2174. *num.* 24. & 218. *f.* (ut jam in disputatione καλὰνθρωπον supponere licet) quod qui gaudent MERO ET MIXTO IMPERIO, & omnimoda jurisdictione, habent jus fisci aliaque: verum etiam erit, quod VOGTEIAM habens his commodis gaudeat, non habens iisdem careat.

Arg. καλ-ὰνθρωπον.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0067
DFG

§. XX.

Quænam urbes Sax. infer. habeant, aut habuerint Vogtum.

Occurrunt autem VOGTORVM, sive Stadvogtorum: nomina, in inferiori Saxonia nostra, I) in chartophylacio Hamburgensi, fidem dictis nostris jam supra *p.* 28. ex locuplete scriptore & celeberrimo urbis H. cive LAMBECIO conciliasse existimamus, cui diligens lector addere potest Dn. RETHMEIERVM Brunsvicensium fidelissimum mystam, qui p. 494. & 1835. advocatum & consules Hamburgenses literas securitatis Brunsvicensibus & Hannoveranis dedisse commemorat. II) De VOGTI Bremensis jure secundum literas reversales anno 1240. archiepiscopo Gerhardo datas, *vid.* CONRING. *c.* 13. *in dem gründl. Bericht von der Landesfürstl. Hoheit zu Bremen.* III) In chartis urbis Brunsvicensis Ducis MAGNI, fratrisque ERNESTI, Anni 1345. *pag.* 109. *Tom. I. Part. I. dimisimus*, ajunt, *Duces*, ADVOCATIAM *nostram in* BRVNSVICK, *sicut inclytus Princeps*, *Dn.* OTTO, *Dux quondam in Brunsuick, b. m. olim affinis noster, ipsis eandem vendidit, ac dimisit, nec non specialia judicia nostra, scilicet veterem vicum & saccum, cum inhabitantibus ibidem.* Et paulo post: *possumus tamen una cum heredibus nostris omnia præscripta judicia nostra, scilicet veterem vicum & saccum, cum* ADVOCATIA *prædicta,*

dicta, ATQVE SVIS PERTINENTIIS *ac libertatibus, pro sexaginta & 90. Marcis puri argenti, & ponderis Brunsuicensis, reemere, cum se* FACVLTAS OBTVLERIT, *a Consulibus antedictis.* *1. Fuit IV) & Luneburgi Advocatus, de quo charta HENRICI, de Anno MCCCCLXXXXII. quam in compendio recitant. PINGIZZER & MYNSINGER *dict. loc.* Dein V) de Advocatis Hannoveræ, *vid. Tom. 2. pag.* 954. apud PFEFFINGER *histor. Brunsuic.* ubi etiam exiguorum jurium consulis illo tempore descriptionem habes in charta Ducis OTTONIS Anni MCCXXXXI. VI) Vltzenæ, advocatiam, qua de re in sequentibus vid. apud *eund. Tom. 2. pag.* 311. ubi etiam charta ducis JOANNIS Anni MCCLXX. quæ munus advocati describit VII) Göttingæ *2. Ad-

*1 Observ. Wo der Hertzog zu B. L. zu Braunschweig seinen Voigt und Richter gehalten, als im Sack und in der alten Wick, daselbsten sind Anno 1345. keine Bürgermeister gewesen.

*2. Competebat hic VOGTO jus feudale seu laudemii in investitura abbatis Nordheimensis, *vid. cit. chartam.* Erat etiam jus singulare Vogto Witstockiensis civitatis, quod ad ipsum a magistratu appellaretur. Vide chart. q. p. LVDEW. VIII *reliqu. pag.* 270. De Vogt. Göting. jure.

Advocatum fuisse demonstrat nobis, *pag. 96. historia Comit. Eberstеinens* LEYSERI. VIII.) De ADVOCATIS & SCVLDASIIS civitatis Nordhusanæ, videri potest ZECH. *pag. 747. Europ. Herold.* Gesserunt ibi hoc munus Comites de Hohnstein, quod per duo diplomata Seculi XIII, quæ adhuc extant, exemplo WILCKINI, cujusdam certo demonstramus. *Vid.* chartam de Anno MCCCLVI. in *Archiv. Rudolphopol. num. XXXIV.* in qua sententia: dass die Vogtey zu Nordhausen, Hohnsteinisch sey; pronunciata. IX.) Præcipue autem hanc scenam instruit celebris Hamelensium civitas, quorum Advocati, cum adhuc Abbati Fuldensi parerent, erant comites de Eberstein, *3. & dein ipsi civitatis domini, *4. Duces nostri Brunsuicensium Luneburgensium. *Vid.* LVDEWIG

Tom.

Quæ Vogteia Eberstеinensibus Hamelæ fuerit.

*3. Nam licet ex *præfat.* LEIBNITII *ad Chronic. Hamelens. & pag. 510. 513. Tom. II. ejusd.* suspicareris Advocatiam tantum bonorum ecclesiæ ad EBERSTEINENSES pertinuisse, evidens tamen est ex charta ERNESTI *p. 27. apud* LUDWIG *dict. loc. princ. & ex Chron. Mind. p. 27. apud* PAULINUM, utramque, & ecclesiæ & oppidi Hamelensis Advocatiam Eberstеinianorum fuisse.

Observat.

*4. Observa: dominus territorii, cum in superioritate territoriali contineantur omnia ad imperandum

Tom. X. reliqu. ibique chartam ducis ERNESTI *pag.* 27. 30. anni MCCCXXXV. chartam BERNHARDI & HENRICI ducum, *pag.* 71. *ibid.* Anni MCCCCVII. LEIBNIT. *Tom. II. pag.* 515. ibique chartam ERNESTI. Præter jurisdictionem ſuperiorem, erant & alia hujus advocati inſignia jura; viciſſim CONSULUM EXILE imperium. Nam ante emtam SCHULTESIAM, ad quam præter alias cauſas, judicium de edulentis macelloque ſpectabat, conſules judicabant tantum de injuriis verbalibus, percuſſionibus, & CAPILLATIONIBUS *5 *accepta vini Ama*, *dict. chart.* ERNESTI. X.) Tuto hic provocamus ad civitatem Cellenſem *in cujus legibus pag.* 483. *Tom.* 3. apud LEIBNITZ. de

I VOIG-

dum neceſſaria jura, non opus habet, ut de jure advocatiæ utpote parte tantum ſuperioritatis territorialis, ſit ſollicitus, nihilominus ERNESTO noſtro aliter viſum, ut & quod plus eſt: DOMINVS, & quod minus ADVOCATVS dici voluerit, ſubſtituto tamen ſibi ſub advocato ſeu ſtadtvogto, *vid. dict. pag.* 27. 30. LUDEWIG. Sunt enim utique alia domini territorii, alia advocatorum jura, utut non plane repugnet: territorii dominum aliquando utroque elogio ſibi placere. Quamvis regulariter aliud obtineat, & Domini titulus abſorbeat titulum advocati.

*5. Ut effertur ibidem, noſtrates dicunt: Haar collationes.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0071
DFG

VOIGTO ita: Wen de VOGT enen Richter ſat an ſine ſtatt wat vor ehme gelehnt wird, dat ſal weſen geliche ſtede, als it de Hertoghe ſulve dede *vid. num.* II. 18. 22. 26. 27. 28. Nec XI.) plane tacenda eſt vicina Goslaria cum VOGTO ſuo, de quo paulo poſt infra dicendi locus erit. XII.) Caruerunt Halberſtadienſes jurisdictione ſuperiore, & ADVOCATIS obedierunt ad annum MCCCLXXI. quo anno trigeſimus primus epiſcopus eorundem, ALBERTVS, jure revocabili & pignoratitio ipſis dedit, ſolutis 2000. florenis VOGTEJAM. *Vid.* REIMANN. in Grundriſſ. der Halberſtädtiſchen Hiſtorie *ad dict. ann;* quam ſummam denuo ſub JOANNE de HOYM, trigeſimo ſexto præſule, in pœnam ſolvere jubentur Anno MCCCCXXV. *Vid.* WINNIGENSTED. *in vita hujus.* Vindicavit epiſcopatui vogtejam dein Erneſtus epiſcopus XXXIX. anno MCCCCLXXXII. *Vid.* FABRIC. *in orig. Sax. p.* 787. CHYTRÆUM quem citat SAGITTARIUS *in Hiſtor. Halberſtad. pag.* 83. Tandem ſenatus anno MDCLXII. a Friderico Wilhelmo M. ſub lege quotannis canonem 400. uncialium ſolvendi, judicia & Vogtejam recepit. *Vid. continuat.* WINNIGENSTEDII *MSCt.*

§. XXII.

§. XXII.

Neque vero Scultetis carent Saxoniæ inferioris civitates. Cum olim fere in civitatum judiciis advocati & schuldesii socii essent, ut nos HEIDERUS, LEUBERUS, & alii, qui civitatum jurisdictionem in scriptis suis respexerunt recte docent. De Goslarienſium SCULTETO testis nobis sit præter LL. Goslarienses HEINECCIUS *in antiquit. Goslar. p.* 220. De Hamelensium SCULTETO jamjam laudavimus LEIBNITIUM cum LUDEWIGIO. Celebre olim NORDHUSÆ SCULTETI nomen, quod aliquando Thuringorum Landgraviis hæsit. Habet hodienum MULHUSA suum SCULTETUM. Habent BELGÆ cum vicinis MATTH. *de crimin. pag.* 876. ut ceteras urbes taceamus. Ceterum hæc de Vogtis & Scultetis dicta, ut nos existimamus, sufficere possunt pro evincendis principum Saxoniæ inferioris juribus, & intra reliquarum civitatum modum cohibenda inani civitatum inferioris Saxoniæ prærogativæ singularis AMBITIONE. De scultet. urb. Sax. infer.

§. XXII.

Sed nunc his ita in genere præmissis, pergamus ad capita judicii PRINCIPUM NOSTRORUM recuperatorii specialiora, dicturi de juribus Vogtorum & Scultetorum potissimum urbicorum, nec non de vera jurisdictione magistratus Helmstadii, atque judicio recuperatorio.

CAPVT III.

DE

Vogteiis & Schuldesiis, deque jurisdictione magistratus Helmstadiensis, & judicio principis recuperatorio.

§. I.

De qua VOGTEJA hic agitur.

In quæstione: quid sit Vogteja? statim monendum est, nobis non constitutum esse de Vogteja in universum dicere, sed speciatim de Vogteja URBICA in inferioris Saxoniæ civitatibus provincialibus. Alias dantur plures Vogtejæ classes, ut: suprema cæsarea; dicitur enim Cæsar: der oberste Voigt der Christenheit. *Vid. Rec. Imp. de Anno* 1512. §. 4. *Rec. Imp. de Anno* 1530. §. 10. *de Anno* 1541. §. 19. *vid.* PAULIN. *pag.* 534. 563. *de Advocat.* LEUCKFELD. *pag.* 47. *antiquit.* POELD. *antiquit. Walckenried.*

Quotuplices Vogteiæ divisio.

ried. II. 12. *Gandersheim. pag.* 277. * 1. Cæsaream advocatiam excipit advocatia principum Imperii; vix enim datur familia principum, & comitum, quæ non certis advocatiis potita sit. Dicitur ob superioritatem principum etiam aliquando: summa; aliquando: nobilis. * 2. Sic Dux ERNESTUS *pag.* 30. *apud* LUDEWIG: *In his autem omnibus jure missis causis, quæcunque causa terminata & composita fuerit coram*

* 1. Qui pluribus de advocatorum ecclesiasticorum, & monasticorum classibus agunt. Præcipue notanda est charta transactionis inter Electorem Augustum Saxonem, Henricum Julium Ducem Brunsvicens. Luneburgens. & Comitem de Hohnstein, von der Ober-Schutz-Gerechtigkeit und Advocatie über das Closter Walckenried, quam recitat LEUCKFELD. d. l.

* 2. Unde VOGTEIA augustæ domus Guelphicæ in monasterium Helmstadiense competens; dicitur: Edle Vogtey, & Dux, qui illam exercet: edeler Vogt in transactione cum abbate Henrico Anno MDCLIV. die Martii VII. Quamvis Anno MCCCCXC. prælatus werthinensis exceptis juribus patronatus, & collationis beneficiorum ecclesiasticorum, omnia jura in urbem reliqua in inclytam domum transtulerit. *Vid.* ZECH. *in Europ. Herold. pag.* 600. §. 3. vel potius chartam Abbatis antonii anni MCCCCXC. in annexis infra sub B.

De Vogteia Guelph Helmstad. excellentia.

advocato, qui ſedet judicium in banco, terminata & compoſita eſſe debet coram SUMMO ADVOCATO & DOMINO. Jam vero DOMINUS urbis erat Dux ERNESTUS, ut proinde per SUMMUM advocatum nemo, quam ipſe intelligi poſſit. Ulterius ſequuntur in ordine advocatorum ſubadvocati, qui a ſuperioribus advocatis principibus vel per contractum, vel merum mandatum, aut eum modum, quo officiales publici reliqui paſſim conſtitui ſolent, conſtituuntur, & vices ſuperiorum gerere jubentur. Horum poteſtas habet contractum cum principe, aut ſi vogtus per gratiam principis conſtitutus, principis arbitrium normam, & exæquatorem, qua formula munus advocatiæ ipſis conferre & quomodo fines ejusdem regere velit, ut paulo poſt apparebit. Itaque ſi formula ſive gratuitæ conceſſionis ſive venditionis, aut pignoratitii contractus in advocatiæ collatione nihil diſerte exprimit, collata cenſeri debet Vogteja cum omnibus juribus, quæ Vogtejæ ſuperioris collatoris antea annexa erant, & ab eodem exercebantur. Niſi natura rei demonſtret, eſſe quædam jura, quæ in advocatum inferiorem & ſubordinatum ſecundum rationem bonæ politiæ non cadant, ut: jus armorum, & quæ cum illo cohærent, ut: jus ſequelæ, armandiæ, munimentorum. Ampliſſima autem eſt formula ducis

De ſub advocatis.

cis MAGNI, qua Vogtejam ſuam magiſtratui Helmſtadienſi pignori Anno MCCCLI. dedit: hebben geſedet un ſetten in deſen Breve dem Rade to Helmſted de Vogdie mit *allen* denen Richten, alſe we de gehad hebben. Unde magiſtratus hodie in reſtitutione memor erit regulæ evangelicæ: cujus fidei multa commiſſa, multa reddere debet. Formul. ADVOCAT. HELM. STAD.

§. II.

Deinde, vogtejæ ſive advocatiæ, ſunt vel eccleſiaſticæ, & quidem vel epiſcoporum & præſulum, vel cleri regularis ſeu monaſteriorum, vel urbium. * 1. Prima quæſtio eſt: quodnam genus antiquius? adverſarius HEIDERI PITHÆUS contendit, Advocatos urbicos originem debere eccleſiaſticis, adeoque eſſe recentioris ætatis. *Vid.* HEIDER von Reichs-Vogteyen *pag.* 155. Viciſſim HERT. *de falſ. jactit. privileg. Ciſterc. pag.* 273. exiſtimat, advocatos urbicos ſat antiquos eſſe, ſi qui- Diviſio Vogtejæ, II. an urbium an eccleſiarum Advocati antiquiores.

* 1. De advocatis urbium, panca ſua ætate extitiſſe, notat HEIDERUS *pag.* 55. *prælimin.* ubi tantum PITHOEJ. *opuſcul. miſcell. Lib. I.* allegat, quæ etiam laudat MAGERUS *pag.* 48. *num.* 73. Jam adde MYLER. *cap.* 21. *in archont.* HEINZ. *de civitat. imper.* DAPP. *ne Advocat. civit.* Raritas ſcriptor. de Advoc. urbic.

quidem advocatos jam in urbibus sub Francis jurisdictionem, æque ac comites exercuisse. Certe nexus rerum gestarum, historiæque docet, æque cum urbibus urbicos, ac cum præsulatibus & monasteriis ecclesiasticos cœpisse advocatos, nec enim magis olim urbibus, quam præsulibus ecclesiasticis, pristino ævo competiit jurisdictio, sed comitibus, advocatis: & reliquis. Quamvis aliquali tempore episcopi urbibus, cum post horum adventum multæ urbes hinc inde in imperio, ut episcopales sedes essent, condi cæperint, ordine videantur priores, * 2. si excipis urbes quas Slavi gentiles adhuc, vel Romani vel principes seculares condiderunt. Non raro tamen accidit, ut qui urbis advocatus fuit, idem fuerit etiam advocatus ecclesiæ in diœcesi. * 3. Alias differentias varias inter utros-

Quæ inter hos advocatos vetustiss.

* 2. Vetustissima Advocatia urbica, commemoratur Tigurinæ civitatis, a STUMPHIO *Lib. VI. cap. XIV. Chron. Helvet.* cujus constitutionem sibi Imperator Ludovicus reservavit, quæque perstitit 470. annos, ad tempora Friderici II.

Exempla advocator. quæ simul urbis & eccles.

* 3. Exemplum attulimus in *præced.* Comitum de Eberstein, & ECCLESIÆ, & URBIS Hamelensis Advocatum. Aliud antiquius nobis conservavit BROWERVS *in annal. Trevir.* Henrici, Comitis palatini, URBIS Trevericæ & ECCLESIÆ archi-

utrosque advocatos conduxerunt HEIDER *pag.* 53. * 4. MYLER *dict. loc.* Imo aliquando & PROVINCIÆ & URBIS advocati concurrerunt in una persona, v. c. Augustæ Vindelicorum. *Vid.* GASSER *pag.* 1457. apud MENCK. *Tom. I.* De dignitate advocatorum MAGER *Cap.* II. *num.* 75. ita: *& horum quidem Advocatorum auctoritas atque dignitas priscis seculis haud exigua fuit, eamque proinde principes interdum, ut plurimum autem comites, & magni nominis nobiles tantum & equestris ordinis viri obierunt, unde* VRISTISIVM *in histor. Basil. cap.* 12. *observasse,* ADVOCATORVM CONSVLIS *nomen antevertisse.* Nos

Concursu in uno advocato.

De advocatorum dignitate.

archiepiscopalis advocati, qui jam anno MCXCVIII. utile & amplum munus gratis resignavit Joanni I. Archipræsuli Trevirensi. Chartam recitant BROWER *pag.* 95. *dict. loc.* MAGERVS *pag.* 49. FREHER *pag.* 107. *histor. palat.* TÖLNER *Cod. diplom. pag.* 59. Tandem LÜNIG *Part. spec. Continuat. II. pag.* 122.

*4. Differentiæ utriusque advocatiæ non sunt magni momenti. Uterque enim advocatus jus dicit, delinquentes punit, res præsulatus & urbis servat, tuetur, œconomiam v. c. monasterii, politiam, bona civitatis curat, & ne quid in deterius circa talia accidat, sollicitus est. Vid. tamen * ad §. 3. sequ.

De different. Advoc. urbis & eccles.

Per distinctionem.

distinguimus inter advocatos urbium superiores, & inferiores, seu ab his delegatos, & tanquam eorum officiales constitutos. De illorum dignitate res in Imperio secundum ordinem principum & sessionum in comitiis obtinentem, non secundum solius advocatiæ axioma decidenda. Interim & posteriorum STADVOGTORVM scilicet ordinariorum a prioribus delegatorum, aut subdelegatorum, notabilis dignitatis gradus est; habentur enim hi pro PRÆSIDIBVS & PRÆFECTIS collegii scabinorum, aut urbis senatorum. Vnde nomen advocati, annotante LAMBECIO, apud ipsam Hamburgensium civitatem cum adhuc Holsatiæ comitum jussibus: als eine Landstadt pareret, ante nomen consulum, *vid.* LAMBEC. *de R. H. Lib. II. pag.* 3. *num.* 5. & subscriptionem chartæ comitis *Adolphi III.* Holsatorum, *pag.* 19. *ibid.* Nec alius titulorum ordo, quondam apud Goslarienses: *Nos* ADVOCATVS *&* CONSVLES *cum* VNIVERSITATE. Magdeburgensium exemplum repete e *pag.* 29. *supr. c. f.* Imo ex juribus officii & Stadvogti municipum partibus, de quibus mox, rationes proedriæ præ senatoribus, facile constat. Tandem quod ad fata advocatiarum urbicarum est: pertransierunt imperiales ad urbes imperiales & vogtejæ principum in civitatibus suis, (Fürsten - Städten, Land-

Von dem rang der gemeinen Stadtvogte.

Land-Städten) modis solitis, ad has civitates. Vita mollior, luxus, aliquando etiam necessitas, pepererunt locationes, oppignerationes, & hæ rursus venditiones, alienationes. Accesserunt intempestivæ principum liberalitates, privilegia, suetis artibus impetrata, item vigilantia urbium imperialium, & provincialium, quæ nunquam operæ aut industriæ pepercerunt adipiscendi jurium cæsaris, & principum possessionem, qua semel adepta dein facilis ipsis fuit via ad præscriptionem, quippe ad quam per usum & possessionem perveniri solet. Junge hic omnino MAGERVM *cap. XVI.* quod totum in recensendis modis advocationem finiendi, occupatur.

§. III.

Jura Advocatorum urbium diversa sunt, pro diverso advocatorum gradu, superiorum, & subordinatorum. Illorum enim advocatia etiam vim hostilem extrinsecus imminentem avertit, adeoque simul armata est. Unde in nostro sermone hi advocati dicuntur: Schirmherren, Schutzherren. Licet rectissime moneat HERT. *Vol. I. Tom. III. pag.* 602. *cavendum omnino esse, ne Advocatia seu* VOGTEJA *cum jure protectionis commisceatur. Repugnare enim*

De Vogtejarum urbicarum juribus, & effectibus.

An Vogt idem, qui Schutzherr.

originem, quoniam Advocatos protectoribus olim jura magis insignia habuisse, palam sit. Reclamare etiam commixtioni chartas, quæ advocatiam & defensionem, accurate distinguunt. Probationem *vid.* apud *eund. pag.* 291. *sequ. de Cisterc. privileg. ll. III.* & nominatim de advocatis urbicis §. 16. *pag.* 295. *ibid.* Videtur ex vi vocis & natura vogteiæ, quæ tuitionem pacis domesticæ & externæ involvunt, res tota unica regula comprehendi & efferri posse. Scilicet *principum comitum vogteia continet jurisdictionem cum mero & mixto imperio*, seu exequendi potestate, præcipue in materia delictorum, & jus armorum, ut urbes tam intra sua pomœria, quam extra, tutæ ac securæ sint. Imo tuitio sufficiens & illud jus tuitori tribuit, *ne in arduis magnique momenti negotiis imprimis ex quibus probabiliter civitas, lædi potest, aut notabili periculo exponi, citra* CONSENSUM & AUCTORITATEM advocati, seu vogti, aliquid clientes audeant, vel moliantur HERT. §. *XIIX. dict. loc.* MAGER. *Cap. XI. num.* 43. *sequ.* PANORMIT. aliosque allegans. * Cumque

Summa jurium Vogteiæ.

* Nec est quod dicas: hos de Advocatis ecclesiarum agere, non de urbicis. Nam cogitandum est: & ecclesiam, & urbem, universitates esse, quæ regu-

An ab advocatus eccles. ad urbicos arguendum & quare.

que nemini, ne inter privatos quidem ſuum officium damnoſum eſſe debeat, conſequens eſt, ut non una publica jura utilia advocato ſuperiori ſcilicet, de quo jam loquimur, relinquantur. Quod etiam factum in omni civitate, licet modus & media, quibus effectum eſt, hinc inde varient. Nec enim jus publicum naturale ad res ſpeciales deſcendit, nec advocatis nominatim operarum compenſationem definit, ſed æquitate hujus compenſationis oſtenſa, ſpecialiorum deſcriptionem committit ipſi advocato & clientibus, nec non moribus & obſervantiæ.

regulariter eandem prope tuitionem, adeoque prope eadem tuendi media expoſcunt. *Add. ſupr. not.* * 4. *verb. differentiæ.* Utut non omnis plane differentia negari poſſit, cum olim eccleſias & eccleſiaſticos, ſe tantum non omni rerum ſecularum cura ex pietate abdicaſſe, adeoque iſthoc ævo ab advocatis ſuis ad modum impuberum a tutore, vel certe minorum, a ſuis curatoribus dependentium in omni certe alicujus momenti negotio pependiſſe, ex infinitorum auctorum locis ampliſſime conſtet. *Vid.* MAGER. *cap. XI. num.* 4. *ſequ.* quod ab urbibus nunquam factum, *confer. dicta von Sendgericht pag.* 220. & omnino de priſtinis eccleſiarum advocatis illorumque vi & poteſtate Secul. XI. LORENZ FRIESE *pag.* 505. *rer. Wirtsb.* CONRING *tom. V. pag.* 391. *ibique cit. concil. Mogunt.*

Mageri error circa advoc. commoda,

Ex his præmissis facilis est illatio, quid sentiendum sit de MAGERI philosophia, quæ Advocatos seu Vogtos simplices, ecclesiarum, aut URBIUM constituit DEFENSORES, QUORUM OMNE JUS defensionis ONERE absolvatur, *cap.* II. *num.* 233. Quod commentum satis excussit & refutavit HERT. *cap.* III. §. *V. ad XXI.*

§. IV.

Quæ partes præcipuæ Vogteiæ,

Interim licet advocatiæ urbicæ etiam principum modus intra jurisdictionis, vel criminalis solius, vel etiam hujus cum civili conjunctæ administrationem, armorumque justum usum, tanquam intra cancellos suos regulariter contineri, aut ultra cum vi & potestate in causis civitatum arduis intercedendi auctoritatem non exporrigi videatur: nihilominus tamen his advocatiæ juribus potioribus, plura sub nomine specieque: PERTINENTIARUM, vel attinentiarum, accedere solent. *1. Nam cum jam dictum

Unde Mynsinger Vogteiæ jura incerta dixerit,

*1. Hæc eadem secernere debuissent MYNSINGERVS *pag.* 124. *in Respons.* aliique qui jura vogteiarum in incerto, præcipue in inferiori Saxonia, fluctuare dicunt. Nam licet hoc respectu emolumentorum contingentium, quæ: ATTINENTIÆ,

dictum sit, advocatis, vogtisque, quo recte & cum successu muniis suis fungi queant, jus proficuum, capiendi scilicet e facultatibus clientum tantum, quantum non solum pro faciendis in has functiones sumtibus necessum, sed quando etiam pro compensandis honestoque præmio ornandis advocati laboribus opus est, quæsitum esse; aliter fieri non potuit, quin ex hoc fonte propullularint plures rivuli fœcundi. Conferri hic potest ex instituto MAGER. *cap. X. per tot.* & in compendio HERT. §. 18. *dict. loc.* Nobis tantum ea commemorare placet, quæ ipsi inter vogtorum commoda legendum observavimus. HAMELÆ ad vogtejam pertinent: jus CONDUCENDI, jus FERENDI, * 2. illos, qui aut æris

TIÆ, PERTINENTIÆ, vel magis accommode ad scopum nostrum: ACCIDENTIA quoque dicuntur, verum sit, fallit tamen respectu illarum partium præcipuarum, ut: JURISDICTIONIS, quæ primum vogteiæ conceptum, usu forensi ingrediuntur. Nec non respectu illarum, quæ regulariter vogteiæ cohærent, v. c. vectigal, ut certe in dubio præsumtio sit, hoc vogteiam comitare in loco. Jurisdictionem vectigal.

* 2. Utrumque hoc jus annexum alias est jurisdictioni criminali. Interim advocati superiores concedere etiam possunt: PROTECTORIA. Habes speci- Vogteia salvum conductum continet & toleran.

æris alieni, aut honoris tuendi causa, se in urbem aliunde receperunt. *Vid.* LEIBNIT. *pag.* 515. *Chron. Hamel.* De HANNOVERANO advocato ducali in litteris gratiosis ducis Ottonis Anno MCCXLI. *pag.* 954. *apud* PFEFFINGER *in Hist. Brunsvic.* ita: *Advocatus urbis intra civitatem accipiet* CENSUM *arcarum, præter censum ecclesiarum* B. B. EGIDII, atque GALLI. BRUNSVIGÆ in litteris opignerationis ducis M. anno MCCCXLV. hæc leguntur: *Dimisimus advocatiam in Brunsvic;* & paulo post: *ita videlicet, quod inhabitantes sibi inobedientes, & subjecti erunt ipsis* (scilic. senatui, ut vogteiæ emtori) *in* COLLECTA, *quæ vulgo* SCHOTT, *dicitur, seu* CONTRIBUTIONIBUS *aliis quibuscunque ab omnibus articulis & casibus & juribus, quibus burgenses ipsorum ipsis sunt subjecti.* Itaque BRVNSVIGÆ videtur: der SCHOSS, spectasse ad advocatiam. LVNEBVRGI ad advocatiam quoque pertinuit: der ZOLL; ut patet ex litteris oppignerationis HENRICI Brunsvicensium & Luneburgensium ducis Anno MCCCCXCIII. quas

Advocatus urbis ubi censitos?

Schott & Zoll ubi

specimen ejusmodi litterarum ducis MAGNI, quas Helmstadiensibus dedit anno 1345. IN EXAMINE ILLUSTRI Henrici Julii *pag.* 177. quamvis non plene, sed remissive.

tiam. Vogt superior dat Schutzschirm. Briefe.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0086
DFG

quas in compendio referunt MYNSING. *in Resp. pag.* 114. 115. & PINGIZZER *dict. Consil.* 1. Nam in his dux diserte ab advocatia oppignorata separat, sibique reservat: was von Wein, und Einbeckschen Bier, fallen soll; adeoque certe quasdam species VECTIGALIS, declarat pro emolumento ad vogteiam spectante, quod oppignorata advocatia in civitatem creditricem oppignoratam transiisset, nisi dux illud excepisset, sibique reservasset. Recitat BROWER. *pag.* 95. *Tom.* 2. chartam Henrici palatini anni MCXCVIII. qua advocatiæ VRBIS & eccleſiæ TREVIRENSIS, in favorem Archi-Præsulis renunciat, ejusque omnibus APPENDICIIS tam feodatis, quam non feodatis, quas inter notante BROWERO, paulo ante ibidem, &: VECTIGALIA fuerunt. Inter commoda vogteiæ NORDHVSANÆ, quæ quondam comitum de Hohnstein fuit, inter cetera refertur etiam der ZOLL, cum moneta, *apud* ZECH. *in Europ. Herold. pag.* 747. SCHWINFVRTI advocato adscribuntur in extractu hypothecationum, apud MVNSTER *cap.* 3. *pag.* 397. *in Cosmographia:* die Marck-Gericht und ZOLL, Zehend, und andere Nutzung. *Vid.* MYLERUM *in hyparch. pag.* 135. §. 6. In conventione inter Dn de Eppenstein & civitatem Hochheim, de Anno MCCCXXII. ratione

advocati

urbici emolumentum

accessorium

cum aliis juribus

juris advocatiæ, quam ſibi Eppenſteinii aſſerebant, Hochheimenſes per modum tranſactionis civilis, abſolvuntur *ab angariis herbergis, vecturis, aliisque ſervitutibus, quas antea ſubire tenebantur, & quæ huc usque domini de Eppenſtein occaſione juris advocatici, ſeu* ADVOCATIÆ *ſibi poterant de jure, vel conſuetudine vindicare. Vid Spicilegium* JOANNIS *pag.* 359. 360. Porro a nonnullis jungitur his vogtejicis juribus: jus confiſcandi. Enim vero hoc ad omnia delinquentium bona extendere velle in foro, prohibet *Artic. CCIIX.* der P. H. G. O. ubi *vid. comment. Dni.* PRÆSID. *In chronico Magdeburgenſi* apud MEIBOM. *Tom. II. pag.* 369. fit mentio litis inter Erneſtum, præſulem HALBERSTADIENSEM, & civitatem Anno MCCCCLXXXVI. de ADVOCATIA *cum ſuis appendiciis;* manifeſto indicio, & hanc advocatiam varia ACCESSORIA & jura utilia habuiſſe. Alias de vogtorum confiſcationibus, *vid.* PINGIZZER *pag.* 40. *ſequ. dict. Conſil.* 1. Pertinuerunt etiam ad advocatias: FUNDI; ut patet e diplomate Erneſti ducis Brunſv. Anno 1336. Luneb. in quo dicitur: advocatum ibi exercere jurisdictionem binnen und buten to Hameln, ober de voigt-lüde, und dat VOIGTGUTH, dat in de voigtey höret. Brunſvigæ, ut ex actis Brunſv. apparet, noſcitur: die

eſſe ſolet

item de advocatiæ fundis & rebus ſoli alicubi.

VOGT-

VOGT-WIESE; & Aſcaniæ: das Vogt-Rohr; pluraque commoda minoris momenti *3. alia. *Vid. pag.* 544. 507. 573. 576. 589. *Chronici Aſcanienſis*, in ABELS Sammlung der alten Chronicken.

§. V.

Ceterum Jurisdictio criminalis, quæ advocatiæ, ſeu vogteiæ ineſt, non intra delicta capitalia, aut corporis cruciatu coercenda continetur, ſed etiam delicta minora & exceſſus, quorum levior pœna eſt, ambitu ſuo comprehendit. Non melius aſſertionem noſtram probare poſſumus, quam ex uſu & conſuetudine locorum, ut fere accidere ſolet in omni ſpecie, ſi de officiorum & officialium juribus quæſtio eſt. Diſcimus autem tam uſum, quam conſuetudinem certa & facili ratione e ſtatutis & LL. civitatum. Faciamus periculum. Sic e. g. in LL. Brunſvicenſibus cavetur: „ Suelich mann „ den andern ſchlägt enen orslag, eder enen „ Dünnigs-Slag, he wettet deme VOGGEDE „ veer Schillinge, u. ſ. w. *pag.* 435. *& Artic.* 16. „ Suelich mann BESCHULDIGET enen Bor-

Quo usque ſe extendat Vogteiæ jurisdictio criminalis.

*3. Quæ jura, aut judicia principi ſuo a quo quondam illa jura revocabili poſſedit referentur §. *ſequ.* 6.

„ ger, he ſchull komen vor den VOGHEDE, dein „ *Art. 26. pag.* 436. en Gildhe mag den andern „ um SCHULD eder um BROCKE wohl ver„ klagen vor ſinen Meeſter, ſo he will, mag „ ehme dar nein Recht geſchen, vor dem „ VOGHEDE. Porro in LL. GOSLAR. „ *pag.* 504. diſpoſitum reperimus ſchuldiget en „ den anderen vor Gerichte um SCHELD„ WORDE, mag he de vollkomen, alſe recht „ is he mot deme Kläger boten unde den „ VOGHEDE wetten, *& pag.* 520. ita: nen „ werth, noch nemand, ſchall up enen unſern „ Borgern an DOBEL - SPELE mehr geben, „ denne ſine Kleder unde ander dinghe werth „ is, dat he by ſich hefft, noch up ene an DO„ BEL - SPELE winnen, we dat darboven „ dait, dat moſte he weder don dem VOGHE„ DE mit wedde, * unde dem Sachwalden mit „ bode. „ Firmat quoque ulterius aſſertum noſtrum VOGTEJA HAMELENSIS. Ab hujus enim cognitione tantum exceptas ſenatuique relictas fuiſſe, cauſas injuriarum verbalium, cum capillationibus & percuſſionibus, ſupra dictum

&

Delict. minor ad Vogtum pertinent,

* Habes hic cauſas: von Beſchuldigungen, Brocke, Scheld-Worde, Dobeln, Spelen, quæ citra controverſiam non ad crimina atrociora, vel ut nos Laſter, Verbrecken, ſed ad minora, ut nos Begünſtigungen, exceſſe pertinent.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0090
DFG

& probatum, manifestissimo indicio, Hamelæ de reliquis delictis minoribus omnibus, quod illorum cognitio, & pœnæ potius vogtejæ quam burgimagistrorum opus sint, creditum, & quidem rectissime fuisse. De vogteja Helmstadiensi mox dicetur.

§. VI.

De juribus advocatorum subordinatorum proprius regulam supra §. 1. adduximus, quod æstimari debeant ex formula oppignerationis, venditionis, delegationis, qua advocatia ad ejusmodi subadvocatum pervenit. Ut tamen distinguatur, utrum advocatus princeps in concessione sua, aut contractu suo generali sermone usus fuerit, an speciali, ut tantum certa advocatiæ jura commemoraverit. In qua specie tenendum, quod quæ jura advocatus superior inferiori non exerte concedit, aut in contractu promittit, illa quoque hic idem de jure non exerceat. Quod si vero verba generaliter concepta, obtinet regula supra §. 1. in f. recitata, ut scilicet advocatus subordinatus fruatur, omnibus, advocatiæ juribus nec expresse, nec tacite, sive ex natura rei exceptis. Quamvis non negandum, aliquando industria advocati inferioris in utraque specie nova emolumenta, De juribus Advocatorum subordinatorum.

minoris præcipue momenti, novaque accidentia vogtejæ accedere. Exemplum occurrit *in dict. Chronic. Aſcanienſi*, ſcilicet Anno 1399. Erneſtus Comes de Hohenſtein vogteiam urbis, conſenſu capituli Halberſtadienſis, magiſtratui pignori dederat; dein autem, cum Burgum vogteiæ circa Annum MCCCCLVIII. plene ad magiſtratum tranſierat, acquiſitum his temporibus per advocatum urbicum, ſine dubio inferiorem, ſive delegatum vogteiæ jus capiendi quotannis aliquot a lanionibus petaſones. Unde Autor *dict. Chronic. pag.* 576. de cautela Magiſtratus ita: als der Rath die Burg zu ſich genommen, muſte er den Fleiſchhauern eine Tonne Bier ſchencken, damit ſie ihm die Schincken fort geben, wovor die Fleiſchhauer-Meiſter vom Stad-Voigt zu Gaſte geladen werden. Ejusdem commatis eſt præſtatio annua halecum, de qua *pag.* 589. *ibid.* occaſione litis inter monaſterium Pauli Halberſtadii, & Aſcaniam, ita: Wir aber klagen um eine Tonne Hering, an die voigtey nach Aſchersleben jährlich zu geben.

§. VII.

De neceſſariis Stadtvogteiarum acceſſoriis ædibus ſc,

Nemini juſto inſtitutorum humanorum æſtimatori ignotum eſſe poteſt, tam in ſacrorum, quam profanorum officiorum expeditione,

ne,

ne, siquidem alicujus momenti sunt, & ad scopum ad quem ordinantur sufficere, dignitatem tueri, & ætatem ferre debent; opus esse, ut his certæ personæ præficiantur, quibus non tantum ad sustentationem sua salaria decernantur, sed quoque necessariæ ædes extruantur, serventur, restaurentur, ministeria ordinentur, quibus etiam de habitaculis prospiciatur, instrumenta ad muneris executionem procurentur, deinde ut res publica, aut princeps operam det, ut hæc necessaria accessoria contra aliorum læsionem, rapacitatem, & injurias secura sint, atque defendantur. Quare nec aliter sentiendum est de VOGTEIIS speciatim URBICIS, tanquam sat nobili & cum eximia dignitate conjuncto civitatis instituto. Esse enim & hic Vogto debent condecentes ædes, cum ad habitandum cum familia, tum ad causas audiendas & ad judicium instruendum habendumque. Opus pariter est, ut ipsi ad manum sit suum satellitium lictorum, apparitorum, quorum ministerio in prehensione, custodia, coactione malorum, ut extrema jurisdictionis patiantur, & sicubi alias res postulat, EFFICACITER utatur. Sint his hominibus non tantum sui reditus sed quoque suæ habitationes, ædiculæ; sint pariter ipsis sua instrumenta, compedes, manicæ, vincula, boiæ, ad munus suum graviter obeundum. Dent qui

Stadtvogteiarum, satellitio publico, lictoribus &c.

τὸ κύριον gerunt operam, ut hæc neceſſaria vogteiæ,& altæ,ut vulgo dicimus,jurisdictionis durent, ut non tantum ſemel ædes, carceres, vogti domus, cum miniſtrorum domunculis extruantur, compedes, vincula, cum reliquo triſti apparatu procurentur, verum ut extructa hæc procurataque, in perpetuum, ut ætatem ferant, reficiantur, reparentur, adverſus vim & injurias aliorum ſecura ſint, atque defendantur. Enimvero uti hac cura & defenſione imperantium officium circa VOGTEJAS urbium ſuarum abſolvitur: ita viciſſim perſonæ miniſteriales, ædes VOGTI & lictorum habitacula, cum inſtrumentis horum, ut & cuſtodiæ, carceres, & ſi quid aliud vogteiæ accedit, imperantium juſſibus parent, eorundem imperio ſubſunt, atque, ut de rebus * certiſſimum, in illorum dominio eſſe cenſentur. Cum VOGTEJA regulariter acquiruntur, poſſidentur, transferuntur, recuperantur, ut proinde in judicio recuperatorio eodem, quo VOGTEJA ipſa, jure habeantur. Neque vero hic legibus, aut jure non ſcripto allegando opus, utpote quadrante huc famoſa juris regula: acceſſorium ſequitur ſuum principale, cujusque eſt res principalis, illius quoque eſt hujus acceſſorium. Cujus eſt jus illius quoque

* *v. c. ædibus, inſtrumentis,*

que sunt jus hoc exercendi, tuendi, servandi media, & ea, quæ majores semel in juris istius necessarium usum pararunt. Unde nullo jure defendi potest magistratus inferioris ausus, qui post recuperata principalia circa personas & res accessorias negotium facessere non erubescit.

§. VIII.

Transitus ad advocatiam Helmstadiensem.

Ast nobis talia de ADVOCATIARUM urbicarum origine, fatis & juribus, in compendio recensuisse, satis non est, sed transgrediamur nunc oportet ad ADVOCATIAM Helmstadiensis urbis, tam superiorem, quæ Serenissimæ domus Guelphicæ, quam subordinatam & delegatam, quæ hactenus hypothecaria lege apud magistratum municipalem, jure indies revocabili fuit. Hic extra MEIBOMIVM *Tom. III. pag.* 228. reliqui non sapiunt. * Nam descripserunt MEIBOMIVM b. f. IMHOFF. *in notit. procer. Lib.* 3. *cap.* 28.

Meibomii laus & unde suppleuduis.

* Hausit tamen MEIBOMIVS pleraque sua ex HAGENII monachi Benedictini apud St. LVDGERVM noto chronico circa annum MCCCCXCI. conscripto, inedito, ut facile collatio utriusque persuadet. Unde nos hinc inde Meibomiana supplebimus ex Hagenianis, quantum scil. opus erit in nostra arena.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0095
DFG

§. 19. ZECH. *pag.* 600. *in Europ. Herold* §. 3. Plane tamen hic ſiluiſſe BRVSCHIVM *in Catal. illuſtr. monaſter.* WERTHINENSEM abbatiam, cujus ſocia eſt noſtra Helmſtadienſis, miror; cum liber eius in fronte promittat, de præcipuis & illuſtribus monaſteriis, inter quæ certe Werthinenſis abbatia commemoranda fuiſſet, tractationem. Progreſſus autem advocatiæ Helmſtadienſis FORTE hic eſt: primo advocatia, quantum nobis ex ſcriptorum teſtimoniis conſtat, olim penes duces Saxoniæ fuit, nominatim initio Seculi XII. penes ducem LOTHARIVM, qui dein imperator fuit, hic teſtibus CHR. WEINGART. *Cap. XI.* apud LEIBNITIVM, ET ABBATE VRSPERGENSI *pag.* 290. genero ſuo Henrico ſuperbo non tantum Saxoniæ ducatum, ſed & OMNIA BENEFICIA, *quæ ab* EPISCOPIS *&* ABBATIBVS HABVIT, ſub quibus & vogteiam Helmſtadienſem, utpote abbatis Werthinenſis beneficium comprehenſum fuiſſe, credibile eſt, dedit. Fuere dein advocati Helmſtadienſes Sommerſchenburgi comites palatini, ut probat MEIBOM & ex eo repetit CONRING. *tom. V. pag.* 392. ſed breve fuit hoc gaudium. Nam uti Sommerſchenburgenſes ante annum MCXXXVIII. quo Henricus ſuperbus ſine jure Würtzburgi proſcriptus fuit, *vid.* FRISINGENSEM *Lib. VII. pag.* 153. advocatia vix

Hiſtor. vogteiæ urbicæ Helmſtad.

FELLER pag. 219.

vix potiti sunt, ita illorum stirpe circa annum MCLXXVII. extincta advocatia nostra rediit ad justum Henrici superbi hæredem HENRICVM LEONEM. MEIBOM, CONRING *ibid.* Excepit LEONEM, filius HENRICVS palatinus, qui subadvocatum sibi constituit BVRCHARDVM quendam, cujus subscriptio occurrit, sub charta quam recitat P. LEYS. *pag.* 3. *de differ. nobilit.* Cessit hic Henricus inter cetera beneficia ab ecclesiis accepta, *vid. chartam cessionis anno MCCXXIII. apud* RETHMEYER *pag.* 1824. VOGTEIAM fratris Wilhelmi filio Ottoni puero dicto, quem dein abbas Werthinensis, Henricus anno MCCXXXII. de eadem advocatia investivit, ut satis testantur tam reversales Ottonis anni ejusdem, quam ipsæ literæ investituræ GERHARDI *in Adj. sub H.*

§. IX.

Quo jure duces Saxoniæ advocatiæ munus quondam gesserint, non convenit, nec quo jure eadem potitus sit HENRICVS LEO. Sunt, qui prius sub Lothario jure superioritatis territorialis, & jure ducatus Saxonici, & posterius sub Henrico Leone jure hereditario, cum LEO cognatos dixerit Sommerschenburgenses, contigisse credunt. Forte, nec enim pertinaciter

Quomodo duces Saxoniæ olim vogteiam H. sortiti.

hic quicquam asſero, distinguendum inter advocatiam ABBATIÆ & URBIS advocatiam. Hæc de familia ad familiam pervenit lege feudali, & per inveſtituras abbatum, ut probabiliſſimum videtur. Sed jus ABBATIÆ advocatum ſibi conſtituendi habent abbates Werthinenſes a Cæſaribus, & Regibus LUDOVICO, ARNOLPHO, HENRICO I. OTTONE II. CONRADO II. ut diſcimus ex chartis, quas ex aliis ſuas fecit LUNIG *Tom. III. Spicil. Eccleſ. pag.* 691. Dein de VRBE fatetur dux OTTO in litteris reverſalibus anno MCCXXXII. ſe, & anteceſſores ſuos, (ſeine Vordern und Vorfahren) jure INVESTITVRÆ advocatiam ab abbate, & ejus anteceſſoribus accepiſſe. Atqui OTTONIS proavus fuit Henricus LEO, ut omnino opinabile ſit, hunc advocatiam eidem feudali acquirendi modo, non cognationi cum palatinis, debuiſſe. Nec aliter poſſeſſam, devolutam quondam fuiſſe advocatiam hanc a Saxonibus, & LEONE, in ſucceſſores, ut in filium Henricum palatinum Rheni ac ducem, qui advocatus fuit anno MCCXXIV. ut ex MSto conſtat. Promittit cetera anno MCCXXXII. Otto fidem pro ſe, ſeine Erben und Nachkömlinge. Devoluta porro advocatia eſt FEVDALI LEGE anno MCCLXXI. ad filium ALBERTUM magnum, fidem hic abbati fecit: vor ſich, ſeine

ſeine Erben und Nachkömlinge; in reverſalibus dicti anni MCCLXXI. Calend. April. Sequuntur dein inveſtituræ ducum ALBERTI pinguis, MAGNI, WILHELMI, & anno MCCCCLXXIX. WILHELMI & fratris FRIDERICI anno MCCCCLXXX. In illa formula eſt, in reverſalibus: vor uns, und unſere Erben, in hac: vor uns, unſere rechte Erben und Nachkommen. Nec aliter in litteris inveſtituræ eorundem anno MCCCCLXXXII. vor ihre rechte Erben und Nachkommen, mit der Vogtey, u. ſ. w. Secuta dein eſt anno MCCCCXC. inveſtitura de ipſa urbe Helmſtadienſi, ducis Wilhelmi ab abbate Antonio. * Nec poſt hæc tempora nobis novam peculiarem advocatiæ urbanæ inveſtituram videre contigit. Sine dubio ex cauſa ſatis idonea: quod pleno urbis domino non amplius opus ſit, ſibi de jure ſingulari advocatiæ proſpicere in urbem, quæ longe ampliori & efficaciori jure ad ipſum ſpectat. Ceterum ut dictum ſecernenda eſt advocatia monaſterii St. Ludgeri (des Stiffts St. Ludgeri) nobilis vogteia, a vogteia urbis Helmſtadienſis. Illa competiit ducibus Saxoniæ, e quibus domus Auguſta Guelphica B. L. deſcendit, a tempore immemoriali & jure perpetuo. Nec enim de certa quadam prima abbatum electione aut abbatum inveſtitura de ADVOCATIA NO-

* *Vid. chartam C. 1. C. 2. infra.*

BILI abbatiæ Ludgerianæ constat, qua duces primitus electi aut investiti essent: de hujus autem acquirendi modo dictum §. *præced.*

§. X.

De Vogtejs Helmstadiensibus juribus.

Secunda inspectio est, ut jam, prout respectu vogtejarum in genere fecimus, probe videamus: quænam vogteia Helmstadiensis complectatur? Sane vogteia ducalis, quam duces nostri ante annum MCCCCXC. quo domini urbis per investituram abbatis Antonii facti sunt, suo jure possederunt, superioritatis territorii æmula fuit. Quod admodum facile certoque ex iis; quæ in ipsis rerum argumentis obtinuerunt, probabimus. Sic dux Magnus in charta de anno MCCCLI. burgarios Helmstadienses vocat: FIDELES cives oppidi SVI. *Vid. pluribus* B. SCHMIDII *pag.* 5. *dissert. de Frauenrada*; item: SVBDITOS suos; apud *eundem* SCHMIDIVM *dict. loc.* Imo anno MCCCLXXXVIII. integro ante investituram de ipsa civitate seculo cum biennio, fratres duces, Bernhardus & Henricus, absolvunt Helmstadienses ab HOMAGIO ipsis præstito, & eosdem ablegant ad futurum suum dominum, fratrem Fridericum. Quod actum domini PROVINCIÆ & URBIS luculenter demonstrat, plane in judicio familiæ herciscundæ inter JOANNEM & ALBERTUM, cui

cui a proceritate magni nomen datum est, anno MCCLXIX. in conventu Quedlinburgico institutum, actum etiam fuit de Helmstadio nostro, ipsumque CESSIT ALBERTO. *Vid. Chronic. rythm. Brunsuic. pag.* 142. Principum nostrorum quoque fuit moderamen & concessio salvi conductus; dein distributio litterarum protectoriarum. Specimen harum occurrit in annalibus ad annum MCCCXXXXV. quo anno dux MAGNVS, cui etiam ob pietatem PII nomen hæsit, singulari diplomate Helmstadium nostrum contra vim bellicam vicinorum securum esse jussit. Ast jam ex Hagenio supplere licebit sequentia: a) principes nostri advocati jure exigebant a civitate sueta servitia, suetasque operas sequelæ, * 1. b) exigebant & remittebant civitati HVLDAE jusjurandum, * 2. plane jus huldæ pro arbitrio transferebant in agnatum, * 3. c) definiebant numerum in urbe

* 1. Nam ita HAGEN *pag.* 34. Hertogke Henrich van Brunswik nahm de van Helmsted in syn bescherm mit beschede, dat he in tween Jahren van œne nicht eschen wolte lenige Schattunge, sonder alleene œren wontliken teynst 1288. De operis sequelæ jamjam dictum.

* 2, 3. HAGENII hæc sunt: Hertoge Wilhelm vor-

be admittendorum clericorum, burgariorumque cauſam, ne cum illorum incommodo nimium excreſceret, pro imperio tuebantur, * 4. d) indulgebant civitati jus munimentorum cum ſuis partibus & annexis, * 5. e) ſi aliquod jus abrogandum, accedebat confirmatio ducis, ut de abro-

vorleth den van Helmſtede des edes der HVLDINGE, und wieſet ſee an ſynen brœder Hertogen Hinrich anno Domini 1432. in ſunte clemens dage. Et dein: Hertoge Berent, und Otto und Ffrederic vorlaten ock den Eid den van Helmſtl anno Domini 1428. des ſontags nah der XI. duſent megede dag.

* 4. Hertoge Wilhelm (idem *pag.* 35. *d. l.*) und Ffrederec ſyn brœder entfangen de huldinge van den van Helmſtl, und lœwen ok al ze vor alle orden den alze dar reede begreppen ſyn anno Domini 1432. in ſunte Michel. item: Hertoge Magnus entfenget de van Helmſtl in ſynen beſchirm, und lœvet ſee to beſchutten, dat nene Mönke, edder canoniken ſchullen by eme wœninge entfangen, edder ienige ORDEN, wenn alze reede begreppen ſun datum anno Domini 1345. dinxdag vor Bonifacii.

* 5. HAGEN *pag.* 39. Hertoge Hinrik van Braunſweik entfenget nah alter wohnhet de van Helmſtl unde verorlewet, dat me mach ſlage, und rennebœme ſetten und betern, graven hekke und landweere 1433. am ſontage vocem jucunditatis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0102
DFG

abrogatione geradæ e charta MAGNI anno MCCCLVIII. conſtat. Vogt erat abbatis protector & refugium omni tempore neceſſitatum. * 6. Et adjutor ſenatus etiam in leviſſimis juſtitiæ cauſis. * 7. Modo difficultas oriretur in judicio, aut executione, ut GERHARDUS in charta monet.

§. XI.

Vogteiæ Helmſtadienſis ampla digna.

Magni cetera momenti utique habenda eſt vogteia noſtra, quæ non tantum ſchuldeſiam, & gograviatum, utut non ſtatim ab initio, bene tamen in litteris inveſtituræ ab abbate Werthinenſi duci Ottoni anno MCCXXXVI. datis, ſed quoque plura jura alia ambitu ſuo complexa eſt, ſi recte inſpicis, quæ circa medium reverſalium feudalium Ottonis noſtri leguntur. Nam licet ibi prima fronte a vogteia ſchuldeſia noſtra cum gograviatu, in traditione vogteiæ excipi videatur; cogitandum tamen eſt 1) ſi vogteia non continuiſſet utriusque muneris jura, fruſtraneam & effectu inſpecto nullam fuiſſe exceptionem,

N

* 6. Res inaprico eſt cuilibet lectori chartæ inveſtituræ Gerhardi, abbatis ducis Ottonis ap. RETHM. *pag.* 1824. infra ſub H.

* 7. Ita bis in charta ejusdem Gerhardi de anno MCCXXXXVII. *pag.* 52. ap. HAGEN, quam dabimus infra ſub D. Lit. D.

nem, ut & reservationem gograviatus atque schuldesiæ, utpote officiorum nunquam sub vogteia comprehensorum. 2) Exceptio adjecta non fuit in perpetuum concepta, sed ad vitam EGBERTI de ASSEBURG, conjugisque ipsius restricta, haud obscuro indicio, mentem abbatis fuisse, ut Asseburgio, qui tunc schuldesiam & gograviatum exercebat, cum conjuge vita defunctis, vogteiam, ad instar accessorii, schuldesia & gograviatus sequerentur. * Nexus hic inter vogteiam & schuldesiam, opinabilis etiam redditur per supradicta, quod vogteia sæpe contineat qnoque jurisdictionem civilem in civitate.

§. XII.

Accessoria Vogteiæ urbicæ Helmstadiens.

Plures vogteiæ nostræ accessiones, loquuntur chartæ fide dignæ, quæ hodienum supersunt. Separant quidem reversales Ottonianæ

Ulterior probat de schuldes. dominio. Domus B. L.

* Quod jam ante ætatem ducis MAGNI contigisse, schuldesiamque jure accessionis ad duces nostros transiisse, inter alia plura testimonia, discimus ex litteris oppignerationis schuldesiæ ab Alberto anno MCCCXI. magistratui oppidano factæ. Nec enim Albertus schuldesiam pignori dedisset, si in dominio eandem non habuisset. Consentit nobiscum CONRING. *tom. V. d. l.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0104
DFG

næ *1. a vogteia die Schatzung, Unpflicht, Reiſſen, Hervarth. Aſt jus ſequelæ, der Aufboth, Landsfolge, die Schatzung und Dienſte, ad jus vogteiæ paulo poſt ſub ſucceſſoribus Ottonis rediiſſe, *2. certum eſt. Nam de ſequela, ſive von der Landsfolge, quodque hæc ad duces noſtros, Helmſtadii advocatos, pertineat, teſtis mihi eſt BVNTING in *hiſtoria Brunſuic. fol.* 237. cujus in deſcriptione tumultus Helmſtadienſis ſub duce MAGNO pio ſcilicet hæc ſunt: „ Sie wurden auch (nemlich die

 „Bür-

*1. Oblatæ ſunt hæ tabulæ, cum aliis legatis Principum noſtrorum, a Nicolao Wolzen, & Adamo Dahlen, Præpoſito & Priore monaſterii Sti. Ludgeri, anno MDCXXXXIX. ſed authenticæ, nec ut vulgo dicimus, in copiis vidimatis. De tabb. reverſal. ducis Ottonis.

*2. Imo ne quidem: REISEN und HERVARTEN; prorſus nec omni modo ſubtrahuntur ducis Ottonis arbitrio, ut recte mihi inferre videor ex verbis citatæ chartæ: Neene Hervard gedrungen, edder betwungen werden, uyt ohren Wonunge von Rechtswegen to doen, *dann by Tage uyt und in.* Ut proinde tantum Reiſæ (itinera) & ſequelæ longiores, & per plures dies porrigendæ, ab abbate excipi videantur. Eadem clauſula circa vogteiam, legitur in reverſalibus Alberti filii Ottonis, cui a corporis proceritate magni nomen, anno MCCLXXI. *Calend. April.* Von Reiſen und Heervarten.

„ Bürger zu Helmſtädt) ſo frech und vermeſſen,
„ daſs ſie ſich öffentlich verlauten lieſſen, wenn
Halsgerichte, Landsfolge, gehören zur fürſtl. vogtey, „ der Hertzog zu Braunſchweig, der NB. als
„ weltlicher Vogt das Hals-Gerichte, und die
„ LAND-FOLGE, in der Stadt hätte, nicht
„ wolte, als ſie wolten, ſo wolten ſie bald einen
„ andern finden. Nec jure cenſus ſolvendi, nec operarum præſtandarum vogteiam caruiſſe certo jam evicimus. In inſtrumento Notarii de inveſtitura vogteiæ anno MCCCCXXXXIII. Henrico pacifico facta conſcripto, circa pertinentias hæc clauſula inſerta eſt: *advocatia oppidi Helmſtede una cum omnibus & ſingulis* FRVCTIBVS, REDITIBVS, PROVENTIBVS, JVRIBVS, OBVENTIBVS, PERTINENTIIS ET EMOLVMENTIS VNIVERSIS, *ad noſtram advocatiam* (voigtejam) *ſpectantibus.* Nec pertinentiarum mentio omiſſa in litteris inveſtituræ & reverſalibus Wilhelmi ſenioris MCCCCLXXIX. & dein poſt decennium fratrum ducum Wilhelmi atque Friderici anno MCCCCLXXXIX. * 3. proximo ab anno

Loca de Vogteiæ pertinentiis.

* 3. In reverſalibus proxime has præcedentibus, ab iisdem principibus fratribus, abbati Diederico anno MCCCCLXXXII. datis referuntur quidem verba: mit allen öhren Tobehörungen; omiſſa voce: ADVOCATIÆ ſeu der Vogtye. Verum hoc incu-

no MCCCCXC. quo inveſtitura totius civitatis ejusdem Wilhelmi acceſſit, verbis: *de Vogtye over Helmſtede, mit allen öhren Tobehörungen.* Nec aliter in litteris, quibus vogteia a MAGNO v. L. C. in *adj.* anno MCCCLI magiſtratui oppidano hypothecæ & antichreſis jure tradita, literisque ducum Friderici anno MCCCXCIX. Bernhardi & Heinrici MCCCCVI & Julii MDXXXXIII. formulis licet diverſis, factum: Mit alle dem Rechte, alſe we dat gehad hebben; ut in litteris ducis MAGNI. Item: ſambt allen *Güthern*, *4. und Gerechtigkeiten; ut in litteris

Lit. C.

incuriæ librarii deberi, ad marginem notavit CONRINGIUS. Nam verbum: öREN; ſi tantum inveſtitura facta fuiſſet de unica arce: Kalenberg; cujus ibi tantum mentio fit, inepte expreſſum foret, ſed ſcribendum fuiſſet: SYNEN Tobehörungen. Accedit, quod reverſales tam antecedentes annum MCCCCLXXXII. anni MCCCCLXXIX. quam ſequentes eundem, anni MCCCCLXXXIX. diſerte nobis: vogteiam commemorent.

*4. Unde collige: quod ad Stadtvogtejam ſpectent etiam RES SOLI & corporales, prout non tantum exemplo des Buddenſteder Wolds, hic oſtendimus, ſed dein aliis quoque in ſequentibus demonſtrabitur. Alias Güther, ut nos, vel fundos, ut in jure Romano, vogteiæ jam ſeculo XIII. adhæſiſſe con-

Vogteiæ pertinentiæ etiam res ſoli.

JULII. anno MDLXXIII. v. l. Nominatim MAGNUS ad pertinentias refert SYLVAM Buddenſtetenſem, ut apparet ex poteſtate in litteris, ducis MAGNI, de oppigneratione, jam allegatis, magiſtratui de diſtribuenda certa ligni portione, quotannis inter incolas novi fori facta: de vorbenomden Radmänne mughed ock erlöuen den gehmeynen Buren, unde den Gröperen uppe den nien Marckede, achtwörde *5. des Holzes, dat het de Buddenſtede Wolt,

conſtat ex charta abbatis GERHARDI, quo anno MCCXXXII. Ottonem inveſtit de ADVOCATIA & omnibus BONIS ad illam pertinentibus, ap. RETHMEYER *pag.* 1829.

Vox Achtwürde quid ſignificet.

*5. Hujus vocis nihil intellexi quamdiu ejus uſum tantum in ſaltibus & inter ſylveſtres muſas quæſivi. Jam enim putavi: Achtwürde, idem eſſe, quod: Achtbürde, ſive acht Trachten Holtz. Mox alii mihi in aurem ſuſurraverunt: Achtwörde eſſe vocem unam, & notare die Maſt in ſylvis. Mox diſcerpenda viſa in: Achter & Wörde, quaſi vox hæc indicaret die Nachmaſt. Enim vero ex actis rhedenſibus hoc anno ad collegium noſtrum miſſis vidi: Echteren, Echtertheile, Echterzahl, quæ re ipſa non differunt ab: achter, achtertheil, achterzahl, achterburde, nihil aliud notare, als ein jedwedes rechtes und echtes Antheil

Wolt, de wile dat disse sethnige ward, alse USE VOGHEDE vor deden. Porro Helmstadiensem advocatiam, sive vogteiam, præter merum imperium, sive animadversionem in graviora (peinliche) delicta, se etiam exporrigere ad leviorum criminum, quæ vulgari sermone: Begünstigung; vel: Bröcke; dicuntur, causas, non tantum de vicinis voigtejis jam adducta probant, sed praxis & consuetudo curiæ magistratus hodierna, per plus quam longissimum tempus continuata probat, quæ utique omnia vitia, & omnes excessus, in quos Curia animadvertere solet, Stadt-Voigto subjecit, & peccantes ab eo mulctari jussit, ut non tantum vulgo scitur, sed quoque ex regiſtris mulctarum (den Brö-cke-Regiſtern) si quæ, ut tamen decet, adsint, apparebit. * 6.

§. XIII.

theil in genere, sive an der Mast, an der Holtzmarcke, an der Viehweide, sive alia re aut alio jure.

*6. Accedit nostræ demonstrationi 1) quod vogtus etiam in causis minoribus jus dixerit in vicinis civitatibus, supra §. 15. h. 2) Quod Sereniſſimus AVGVSTVS WILHELMVS anno 1716. d. Octb. 26. inter cetera rescripserit: Es hat die Stadt Helmstedt vor 1351. und ehe die Stadt-Vogtey in ihre Hände gekommen, GAR KEINER STRA-

Probat, quod Vogt judex in causis minoribus.

§. XIII.

De oppignoratione Advocatiæ ab Augusta domo Guelphica magistratui Helmstadiensi facta.

Ast videamus: quo jure usus (vogteiæ) a ducibus nostris ad magistratum oppidanum pervenerit. * 1. Quod factum anno MCCCLI. quo anno dux MAGNUS pius, * 2. eandem cum novo castro, consulibus Helmstadiensibus mutuo acceptis bis centum Brunsuicensis monetæ

STRAFEN auch nicht *in der* STADT, sich anmaſſen können.

Advocatis superior. regulariter sunt subadvocati.

* Superiores advocati urbium principes, ut plurimum advocatiæ suæ munus quatenus juris justitiæque administratione absolvitur, inferiorum curæ & exercitio relinquebant. Sic advocatiæ Helmstadiensis labores HENRICVM palatinum BORCHARDO cuidam Seculo XII. commisisse vetus charta nos docuit. Sic dux ALBERTVS BERTRAMO & LVDOLPHO de VELTHEM suæ advocatiæ neomarchicæ jurisdictionem oppignoravit, ut constat e privilegio sutoribus nostris in urbe de libero calceorum, coriorum, corticum vulgo: Lohe commercio in neomarchia & Mariæ monasterii cæmiterio in monte anno MCCCXIV. quinta post purificationem Mariæ dato. Nec aliter olim, nec hodie admittunt, studiorum & decori rationes. Aliud exemplum subadvocati Helmst. v. in adj. M.

Lit. C.

* 2. Chartam vid. in adjunct. sub C.

tæ marcis, addita lege, ut ipsi, & heredibus administratio & ÆTERNA reluendi potestas esset, pignori oppositit. Quod, utrum ob bellum præcedentibus annis infeliciter gestum, (quatenus scilicet in SVBADVOCATVM cadit,) *3. quod ipsum amissione Scheningæ, & terræ adjacentis ruina & incendio constiterat, an ob pestis tunc per aliquot annos ducatum affligentis calamitatem contigerit, certo definire non possum, *Vid.* BOTHON *in Chr. Rythm.* ad annum MCCCXLVII. & annum MCCCL. ENGELHVSIVM *pag.* 1129. BVNTING. *pag.* 341. Adjecit præcedenti mutuo Fridericus Magni Torquati filius anno MCCCLXXXII. novum creditum XL. & dein anno MCCCXCIX. centum & quinquaginta marcarum, quas magistratus & cives *4. Helmstadienses ipsi isthoc tempore

O ex-

*3. Nam jus ARMORVM, SEQVELÆ & si quæ alia sublimiora advocatia, superioritatis territorialis æmula continebat, de quibus infr. §. XII. h. c.

*4. Observa, in charta anni MCCCLXXXII. dicit dux Fridericus: dat he vestig Marc empfahen von sine leve BORGER to Helmsted. Anno MCCCXCIX. jungit idem Fridericus: Rathmanne und de Borger; tanquam suos concreditores. Alicubi tantum fit mentio: des Raths; ut in litteris ducis MAGNI. Vicissim in litteris supplicibus

Quis mutuum pignoratitium de suo dederit, cives, an magistratus.

exſolverunt. His acceſſere anno MCCCCX. marcæ viginti. Auxerunt ſummam DL. marcarum Friderici fratres, Henricus, & Bernhardus, anno MCCCCVI. mutuo a ſenatu ſumtis quinquaginta marcis. Porro MDLXXIII. Julio duci, & academiæ conditori mutuo dati ſunt a ſenatu Joachimi MM. & dein ſub Henrico Julio anno MDCVI. additi ſunt Joachimici 5000. ut ſub Jul. Henr. ſors omnis pecuniæ creditæ excreverit ad ſummam 10766. Joachimicorum, absque computo *6. uſurarum anno MDCVI. Cum-

cibus Gildenmeiſter und Hauptleute, ſambt der Gemeine zu Helmſtedt d. 25. Martii anno MDLXXIII. quæ ſine dubio ipſum magiſtratum, vel auctorem, vel certe ſocium & excitatorem habent, æque ac literæ MDLXXXV. ab iisdem tribunis plebis ad ſenatum in eodem hoc argumento ſcriptæ, pecunia in vogteiam & ſchuldeſiam ducibus credita non e loculis ſenatus, ſed e civium marſupiis petita ſolutaque eſſe, ſcribitur. Ex his ſuſpicareris, in contractibus pignoratitiis Helmſtadienſibus ſub lege antichretica cum debitoribus initis, commoda & emolumenta ad ſenatum, pecuniæ ſolvendæ, ſive onus, ſive vaniſſimam gloriam, ad Burgarios redundaſſe, licet aliquando verba, quaſi ſenatus verus creditor eſſet, ſpecioſe in cautionibus aut apochis præſe ferant.

*6. Ita enim jus antichreſis jubet.

Cumque dux Fridericus Ulricus anno LDCXIII. mille, anno MDCXXI. mille, & MDCXXII. denuo mille a ſenatu accepiſſet, creditum pignoratitium tandem conſtitit Joachimicis 13760.

§. XIV.

Satis ex dictis evidens eſt, quomodo, qua lege & ad quod tempus vogteia in manus magiſtratus oppidani inciderit; diſpiciamus nunc, quæ principum cura fuerit cavendi, ne annorum temporumque decurſu, aut magiſtratus ſtudio e pignore dominium fieret, & titulus juris revocabilis migraret aliquando ſub præſcriptionis aliaque juris ſpecie in irrevocabilem. Nam quam multæ, quam callidæ hic ſint magiſtratuum urbanorum artes, vel exemplo urbis Colonienſis, quod fuſe docteque perſequitur AVCTOR *apologiæ* electoralis, illuſtrari poteſt. Ut autem curioſi lectoris labori, alias in evolvendis apud hunc auctorem locis conſumendo, parcam, age! ſingulas paginas, quibus per totum volumen artes magiſtratus, quæ pro ampliandis ſuæ jurisdictionis, ſuorumque jurium * fimbriis, ſtudio indefeſſo & concate-

Principum noſtrorum geſta circa recuperat. advocatiæ.

 nato,

* Sic Lubecæ Epiſcopus habebat jus aperturæ, ut quo

Specimina artium urbica-

nato adhibitæ sunt, vivide & luculenter descri-
bun.

rum jura sua ampliandi contra princip. imo &

quotiescunque quoque tempore vellet, per unam certam portam egredi & ingredi posset. Accidebat autem anno MCCCLXXV. *vid.* SCHATEN *ad hunc annum*, & quos citat in margine, Carolum IV. cum amplissimo comitatu urbem intrare, ibique splendidissime a civitate per decendium haberi, & dein per eandem portam, aperturæ servitute episcopo obnoxiam, egredi. Opportune hoc factum videbatur senatui, jamdiu molestum sibi servitutis onus amoliendi. Vnde precibus humillimis Cæsarem, ut ipsis potestas fieret portam, quam itinere suo HONORATAM & SANCTAM reddidisset, lapidibus arctissime junctis obstruendi, ne ullius, infra Cæsarem positi, itu redituque quasi profanaretur. Qua potestate dein ipsis facta, sat callide jus episcopi sub specioſa cæsareæ majestatis cultus & obsequii allegatione eludebant. Sic. *vid.* LYNCK. II. *Respons.* 38. eodem astutiæ spiritu tentati, imo plane olim subacti consules NVMBVRGENSES facile ludibrio habebant suorum Burgariorum privilegium, vi cujus ipsis fas erat auscultandi, monitisque suis emendandi rationes quotannis a senatu reddendas. Conscribi enim jubebant rationes latino dictionis genere & coram curia prælegi in eodem sermone. Quo consilio non tantum id impetrabant, ut auscultantium numerus ob insciti am latinitatis, & ignota mysteria

contra conci-ves suos.

buntur, & coram ſiſtuntur, diſtincte allegabo. Evolvat ſcilicet lector meus tantum *pag.* 95. 106. 141. 185. 213. 242. 281. 308. 428. 430. 435. 462. *d. apolog.* reliqua loca facile ſupplebunt lectori ipſa libri auctoris, vel curſim facta perlectio.

§. XV.

Admonitus autem a principibus noſtris fuit magiſtratus Helmſtadienſis, de conditione juris ſui, & quod non niſi pignoratitio perpetuoque *1. revocabili jure vogteiam cum per-

De interpellationibus principum noſtrorum magiſtratus oppidi de vogteia.

ria audiendi tædium in dies imminueretur, ſed quoque occaſione verſionis ſuæ latinæ poſt plurium annorum decurſum contra cordatiores burgariorum, qui accuratius rationum ſcrutinium a burgariis inſtituendum expoſcebant, conſequebantur, vel certe allegabant exceptionem non competentis actionis. Nam exinde olim rationes latine redditas & prælectas fuiſſe, quod burgariis non examen illarum, ſed tantum auſcultandi poteſtas competeret, coram contendebant.

*1. In litteris ducis MAGNI anno MCCCLI. dicitur: GESAD hebben und SETTEN de VOGHEDYE; item die Vogtedyhe WEDER LOESEN. Quæ voces: *pignus* arguunt. Nam a geſad, ſetten eſt hodienum: VERSETTEN. Nec aliter fere verba fluunt in litteris FRIDERICI

Vogteia quondam revera non tam vendita quam oppignorata.

Inter pellationes ducis Julii.

pertinentiis possideret, crebro & vicibus reiteratis. Nam ut primo de glorioſiſſimo Julio dicam, interpellavit hic ſenatum, & ut pignore cum acceſſoriis cederet, chartas produceret, quibus præcipue pertinentiæ, & acceſſoria vogteiæ deſcribuntur, ut tam de rebus oppignoratis, quam de fructibus inde perceptis calculo ſubducto evidentius & ſigillatim conſtaret. Ut vero eo facilior eſſet ſummæ demonſtratio, & luculentius appareret crediti debitique ratio, dux optimus ſyllabum de bonis & juribus, qui futuræ reluitionis argumentum eſſet, in hanc rem definiebat ſequentem: initio, ſe inter ea, quæ olim a prædeceſſoribus pignori data, repeturum eſſe vogteiam in urbe, dein ſculdeſiæ munus, tertio novum forum, quarto ſolutionem XL marcarum, quotannis a magiſtratu in feſto Martino ſacro principi faciendam, quinto bona reli-

Dubium ex chart. Julii cum Reſp.

CI MCCCXCIX. litterisque BERNHARDI & HENRICI anno MCCCCVI. Ait quidem JULIUS in litteris anno MDLXXIII. ſcriptis, de VOGTEIA & annexis agens: die WIEDERKAUFFLICHEN Stücke, ſo ihnen unſere hochlöbliche Vorfahren WIEDERKAUFFLICH überlaſſen. Enim vero olim inter PIGNUS germanicum, & venditionem cum pacto de RETROVENDENDO adeo non intererat. *Vid.* THOMAS. *diſſert. ſingul.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0116
DFG

reliqua & præſtanda (Gerechtigkeiten patrio ſermone) vogteiæ cohærentia, *2. cum chartis, ut ſupra dictum, ad ſtatum crediti debitique facientibus. Et hæc erat interpellationis formula primo fere circa feſtum paſchatis anni MDLXXIII. quam mox eodem anno ſequebatur nova, die menſis Decembris Vigeſimo Octavo. Anno ſequenti MDLXXIV. denuo, cum ſenatus moram necteret, urgebat idem princeps Julius, jam in eo eſſe, ut chartæ ad veterem oppignorationem pertinentes a magiſtratu ſubdito ederentur. Cumque magiſtratus ſuetis ſibi verborum ſupplicum blanditiis parum proficeret, nec princeps ab interpellationibus ſe abduci pateretur, ſed anno MDLXXXV. iterum vellet, ut tandem reluitio fine ſuo potiretur: ſenatus populum Helmſtadienſem, ut ſuas preces cum precibus ſenatus jungeret, ac conjuncta opera principem de retinenda vogteia, tam honorifico & proficuo magiſtratus jure, quoque civitas non ſine præſentis ruinæ periculo carere poſſet,

*2. JVLIVS in jam citatis litteris poſt VOGTEIAM addit: ſambt etlichen ANDERN GVTHERN und Gerechtigkeiten, die in Siegel und Briefen ſpecificiret. Nec enim ſola VOGTEIA §. ic. ſtrictiſſime ſumta continetur in chartis, quas edere debet magiſtratus.

posset, orando rogandoque intercederet, addita & hac ratione: quod populus pro conquirendis nummis, principi hypothecaria lege in vogteiam credendis, ingens æs alienum usurarium conflasset, quod onus utique non sine emolumento civitati, nec gratis impositum esse deberet. Post annum MDLXXXV. Julius noster denuo instabat, & de antichresi, per tot annos continuata, redditionem rationum exigebat.

§. XVI.

De liquidat. sub Henrico Julio.

Pientissimo JULIO anno MDLXXXIX. jam inter cælites relato, cura oppignorationum senatui factarum, devoluta est in filium dignissimum HENRICUM JVLIVM, qui anno MDXCIII. ad causæ cognitionem, & ad instrumentorum editionem, senatum citavit, quo dein, causa pleniſſime discussa, princeps secum reputare, & quid circa reluitionem futuram facto opus, constituere posset. Frustrati quidem sunt missi a magistratu ad curiam Principis expectationem, cum instrumentorum tantum exempla, non chartas authenticas adferrent, promiserunt tamen & harum productionem; quæ an unquam dein contigerit, me latet, nec magistratum vidi hoc probantem. Post HENRICVM JVLIVM, maximum sequitur justitium, & halcyonia magistra-

giſtratui faventiſſima, ſi quidem ſub filio HENRICI JULII, FRIDERICO ULRICO, ab aulicis non tam de recuperandis juribus & poſſeſſionibus, quam quomodo priſcis creditoribus novi adjici poſſent, cogitatum eſt. *1. Poſt fata Friderici Ulrici, quæ in annum MDCXXXVI. incidunt, ducatus Guelphicus cedebat Auguſto, principi quidem nominis ſui, & ſapienti, ſed tali tamen, quem recens in provinciam adventus, celatusque regionis ſtatus politicus, & res cameræ ſub præcedente regimine turbatæ, ac magnam partem plane concuſſæ, & confuſæ a ſolida cognitione bonorum publicorum, & emendatione neceſſaria malorum inveteratorum arcebant. Unde plura curæ ac induſtriæ filii ſucceſſoris RVDOLPHI AVGVSTI relinquenda, & actu relicta ſunt;

*1. Hanc veritatem præter rarius ſcriptum: der Däniſche Wecker coram teſtatur ſententia conſilii ſanctioris regii in cauſa creditorum Friderici Ulrici anno MDCCXVII. citatorum, quam publicis typis excuſam habemus, & magiſtratus novit, qui inter FRIDERICI ULRICI creditores haud ſpernendam pecuniæ ſummam vi hujus ſententiæ accepit; nempe MCCCXXXIII. unciales, *vid. dict. ſentent. publice ead. impreſſam num. XI.* Unde Friderici Ulrici mores æris alieni probetur.

Quamvis & hujus oculorum aciem, alias satis perspicacem, cum plurium in aula ministrorum oculis, ne latentia hactenus & suppurata ulcera reciderentur, & aperirentur, sat diu offuciis, præstigiisque perstringerent illi, quorum intererat aulam non nimis reddere sapientem aliquando, ne clare & cominus, quæ e re publica principisque essent, quibus artibus recuperatoria majorum finiumque regendi judicia eluſa essent, ex debito perspicere possent. Unde ab initio regiminis non una vice a bono principe contra propria commoda ventum, & jura aliorum cum propria jurium impugnatione per errorem, ut infra exemplo vectigalis illustrabimus, defensa sunt. Interim disparuerunt tandem tenebræ, * 2. atque anno MDCXCII. luce orta, princeps inquirere cœpit in statum bonorum fisci, cameræque suæ. Quare adesse jussus est magistratus Helmstadiensis ad causam coram illustri camera dicendam, edendaque instrumenta; quo jure haud exiguam bonorum & rega-

Quomodo circa Rudolphum Augustum distinguendum.

* 2. Possunt, qui causam fisci jam agunt, hic optimo jure distinguere: inter AVGVSTVM, filiumque RVDOLPHVM AVGVSTVM, initio male, postea melius informatum; ut quondam inter Theologos respectu Augustini & Lutheri factum est.

regalium ad cameram spectantium partem possideret, ceteroquin, ne fiscus, quod suum olim fuisset, citra moram repeteret, merito veriturus; ut pluribus in rescripto R. A. de anno MDCC. die April. VIII. continetur. *3. Neque vero mox precibus vanisque magistratus querelis locus datus, nec confestim ad indulgentiam descensum, utut magistratus in litteris supplicibus ejusdem anni argumentis tam speciem juris, & æqui præ se ferentibus, quam a clementia & misericordia principis, comtissimo & blandissimo orationis genere arcessitis, gratiæ RVDOLPHI AVGVSTI nostri adrepere conaretur. Felicior tamen & benignior postea magistratui accidit annus MDCCII. in quo non quidem per modum TRANSACTIONIS, ut jam quidem magistratus comminiscitur, *4.

*3. Mirabilis hæc est principis indulgentissima patientia, quæ non excanduit ad moram magistratus subditi, septennale plane tempus ab anno MDCXCII. ad annum MDCC. large excedentem, quam certe alii etiam non mali principes longe citius coercuissent, & insigni malo inflicto in ordinem redegissent.

*4. Quam insignis sit differentia inter justam transactionem, & gratiosam concessionem, aut pactum simplex beneficum, certo termino præcipue eidem

De differentia veræ transactionis & negotii benefici seu gratuiti.

sed per modum RESCRIPTI GRATIÆ usus vogteiæ, a magistratu alias tot precibus & operis expetitus, denuo ad dimidium seculi indultus est.

§. XVII.

De Schultesia Helmsta-dienſi.

Secundus, qui Helmstadii jus dixit prætor sive SCHVLTESIVS æque hic ac in aliis Saxoniæ civitatibus fuit. Nomen vetustissimum est & occurrit jam inter *judiciarias potestates* in LL. *Salic. pag.* 193. apud ECCARD. Natales ipsius debebant esse honesti, nec enim clericorum filii naturales tunc admittebantur, *vid. constit.* OTTONIS I. legibus salicis additam *pag.* 200.

eidem adscripto, non opus est, ut prolixius persequar. Transactio rei judicatæ æquipollet, legem facit, novat, irrevocabilis est inter partes, licet pars altera eam non impleat, nulla ingratitudinis specie solvitur, nec revocatur. Quæ pleraque secus se habent in negotiis, quæ ab alterutrius partis gratia & beneficentia tantum proficiscuntur. Unde prudentes JCti tam operose in specie ipsis oblata contendunt, ut TRANSACTIONEM in favorem sui clientis, ut transactionem, non tantum in vim meri pacti valere, evincere possint.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0122
DFG

200. *d. l.* Imo Nordhusæ Landgravios Thuringiæ comitesque Hohensteinenses inter Schuldesios fuisse supra didicimus. Munus viri constitit olim in jure dicendo. Alicubi in omni jure, ut de Belgis & vicinis nobis autor est MATTHÆI *de crimin. pag.* 870. Regulariter autem in dicendo jure in causis civilibus. SCHVLD notat enim causam civilem. Unde *Artic. XIX.* Weichbildi dicitur: Der Schulteis ist ein Richter des Burggrafens SCHVLD, i. e. ejus, quod Burggrafius civiliter debet. Item *Lib. III. Artic. LII. Specim. Saxon.* der Schulteis ist ein Richter seiner (nemlich des Grafen) SCHVLD. Rectissime proinde SCHILTER §. 11. 12. *dissert. de cur. dominio.* & HARTVNG *dissert. de scultet.* nec non GVNDLING §. 18. *ad πρῶτ tit. jurisdict.* agunt, schultetus habebat jurisdictionem civilem, it. schultetus est comitis vicarius, præses præcipue in CAVSIS CIVILIBVS. HARTVNG *pag.* 7. §. 12. *d. l.* Debitorum civilium exactorem vocat BROWERVS I. *pag.* 391. *annal. Trevir.* Concordat hodienum die neue Käyserliche confirmirte Process-Ordnung zu Mühlh. *tit. I.* §. 5. 9 10. in verb. vor dem Gerichts-SCHVLTHEISSEN, als Amtstrager DER SCHVLDSACHEN.

§. XVIII.

De schultesia Helmstadiensi.

Apud Helmstadienses nostros Sculteti tamdiu eadem creditur jurisdictio, quamdiu nemo demonstrare potest, sortem scultetorum nostrorum fuisse conditioni scultetorum in ceteris civitatibus deteriorem, aut inferiorem. Sane quod attinet natalium dignitatem, schulteſiam apud nos quondam seculo XIII. beneficiaria lege exercebat præcipuæ nobilitatis vir EKBERTVS DE ASSEBVRG, quem postea plane duces nostri secuti sunt. Quod vero sigillatim ipsis competierit civilis jurisdictio facile probari potest ex charta GERHARDI, lege judiciorum Helmstadiensium fundamentali, in adjunctis nostris subD. extante. *Quæcunque enim causæ civiles in hac charta non subjectæ sunt cognitioni senatus & burgemeisteri, relictæ sunt sculteti tribunali*, cum præter VOGTVM, apud quem criminalis juris dictio erat, nemo nisi schultetus in civitate supereſſet cui recte jurisdictio civilis, a qua SENATVM charta GERHARDI excludebat, cedere potuisset. Alias quidem notitiam schulteſiæ etiam instruunt, quæ supersunt schultetica protocolla, sed hoc civiliter accipiendum. Nam 1) hæc protocolla ascendunt tantum ad seculum XV, ubi schulteſia jam ultra seculum sub disciplina

plina ſenatus erat. * II) Hæc eadem protocolla tantum continent jurisdictionis ſculteticæ PARTEM, voluntariam ſcilicet jurisdictionem. Unde plena ſunt ſubhaſtationum, oppignorationum, reſignationum ædium & aliorum negotiorum, quæ ad perpetuam rei geſtæ memoriam in pergamenis, ſeu membranis, in quibus conſcripta ſunt, ad uſum partium annotare conducebat. Nihil in illis de diſputationibus in judiciis (von den ſätzen und verfahren in proceſſen) actionibus, exceptionibus, replicis, duplicis, quæ ad jurisdictionis contentioſæ circulos ſpectant, quod vel inde contigit, quod tanti non haberentur par-

* Quæ arctior & ſeverior fuit, ut exemplo Stadtvogti probatur, cujus vetuſtam dignitatem & poteſtatem adeo ſenſim imminuit ſenatus, ut fere non amplius ſui juris fuerit, ſed a nudo primi conſulis nutu, ut religioſi in monaſteriis a nutu abbatis ſui dependerit, & obedientiæ monaſticæ, atque paſſivæ perfectum exemplum præbuerit. Itaque e tabulis ſeculo XIV, quo vogteia & SCHVLDESIA in manus magiſtratus inciderent, recentioribus, tantum affirmative arguere licet: quodcunque jus vogtus & ſcultetus exercuerunt, illud & olim exercuerunt; non autem negative: quodcunque jus ſeculo XV. XVI. non exercuerunt, illud nec olim exercuerunt.

Quare ex chartis & protocoll. poſt MCCCVII. & MCCCLI. Helmſtadii de jurisd. vogti & ſculteti certo judicari nequeat.

partium & advocatorum verboſæ diſceptationes, ut in membranis ſcriberentur, vel quod oretenus a partibus propoſitæ, mox oretenus deciderentur, vel quod ſenatus, quæ ad ſculdeſiæ patrimonium pertinuerunt, mox ad ſuum peculium traxerit, vel ex his omnibus conjunctim. Nobis ſufficit I) ſchulteſiam noſtram pro ſe habere analogiam jurisdictionis civilis ſchulteſiarum reliquarum. II) A jurisdictione voluntaria, quam protocolla ſcultetorum noſtrorum loquuntur, argumentum valere ad contentioſam. III) Schulteſiam noſtram in argumento jurisdictionis civilis reſpectu ſenatus ſeu magiſtratus civici liberas ædes habere per chartam GERHARDI. Nec ipſi quicquam metuendum a vogteia, cum qua, ſive jus, ſive exercitium ejus reſpicias, jam ſede moratur in una. Imo IV) ſenatum noſtrum meminiſſe oportet, quod in actis Helmſted contra Neumarck *pag.* 48. *in duplica*, & in litteris MDXCIV. d. XIII. Auguſti ad H. I. faſſus fuerit: daſs er durch den Vogt und Schultzen in der Neumarck alle jurisdictionem, nemlich die criminalem durch jenen, und die civilem durch dieſen exerciret habe, adeoque conceſſerit, ſculteto competere jurisdictionem civilem.

§. XIX.

§. XIX.

De judicio & IDC. magistratus.

Tertius in ordine civitatis Helmstadiensis judex est SENATVS, cujus juris & jurisdictionis notitia distincte nos instruit GERHARDVS Abbas charta supra nobis laudata annoque MCCXXXXVII. edita. Quæ tanti majoris facienda est, quo clariorem lucem affundit doctrinæ jurisdictionis Helmstadiensis, & luculentius viam de differentiis judiciorum atque magistratuum hujus civitatis genuinis cordato solicitis monstrat, quoque diligentiori cura jam per plura secula custodita fuit in senatus archivo. Neque fortuito, aut inconsulto chartam suam edidit GERHARDVS, sed satis præmeditatus, ad petitionem Helmstadiensium, quos LVDOLPHVS Magdeburgensium archipræsul incendio urbis nostræ ad incitas redegerat, GERHARDVS autem, quoad ejus fieri poterat, pristinæ fortunæ restituere laborabat, ita tamen, ut simul veterum jurium, abbatis & urbis monumenta & discrimina conservarentur, atque omnia simul ita conscriberentur, quo futurorum temporum controversiis respectu senatus finiendis imposterum certa regula esse possent. Age! recenseamus sedulo omnia & singula jurisdictionis senatoriæ capita, ut suum se-

natui ex asse detur. I) Senatoriæ cognitionis sunto lites de sepibus, si civis in vicini præjudicium novam vel conficit, vel veterem reficit. II) Ejusdem judicio subesto exstructio ædium, ne cum vicini injuria, aut in viæ publicæ incommodum quo pejus eatur, aut alias usus ejus deterior fiat reddatur. III.) Qui in macello circa venditionem eduliorum delinquunt, aut modium, cantharum, aut pondus perperam imminuunt, senatum habeant judicem & censorem. IV.) De fimo corrupto, de mactationibus, & excoriationibus animalium, quibus præcipue plateæ publicæ consupurcantur, judex senatus esto; Imo & in illos, qui pilos aut setas animalium deglubunt, & in viam publicam sordide, incauteque projiciunt, consul animadvertito, * ut ubique civitati & plateis sua munditia,

Villen, Scheeren, quid probabiliter.

* Van Villen und Scheeren schall de Borgemester richten, dicitur in charta apud HAGEN. Est autem Villen, sive ut superior Saxo: Fillen, a Fill, ut olim nostrates, sive: Fell, ut hodie effertur, ductum notatque: excoriare; & videtur GERHARDI ætate fuisse vocabulum medium, tam excoriatoribus (den Rackern) quam lanionibus, & aliis, qui pecora mactant, dilaniant, excoriant, commune. Scheeren, capio, ut in paragra-

tia, ſuaque elegantia laudabili cura ſenatus conſtet. V.) Famulorum famularumque, ut & paſtorum, bubulcorum, ſubulcorum, opilionum actiones ad petendam mercedem ipſis debitam ſenatus cognoſcito. Quodſi vero in poteſtate ſenatus forte non ſit cogendi reos, ut in his cauſis extrema jurisdictionis fieri patiantur, qui principis nomine vogteiæ præfectus eſt ipſos efficaciter adjuvabit. En! intra has paucas cauſas cohibentur, & plane cum mutuo partium conſenſu, (ſubſcripti enim ſigillatique ſunt articuli chartæ communi & abbatis & ſenatus opera) jam anno MCCXXXXVII. cohibiti ſunt fines jurisdictionis ſenatus noſtri. Nec adeo male, ſed regulis jurisdictionis municipalis, ſive juris Weichbildorum, ut olim vocabantur municipia, communibus, communique PRAXI

ragrapho expoſui, idque ex ſcopo legis, qui fuit plateas civitatum habere puras, mundasque ubivis: daſs der Rath nehmlich dahin, daſs die Stadt weder durch Schlachten, Reinemachen des geſchlachteten Viehes, oder der abgebrüheten ſäue auf die ſtraſſe geworffene Borſten, noch ſonſt durch todte æſer, und dergleichen auf der Straſſen liegenden Unrath verunreiniget und verunziehret werde, ſehen ſolte.

reliquorum municipiorum, tam in genere, ut supra a nobis evictum, quam abbatialium in specie, ut Quedlinburgensium * jurisdictio mnnicipalis comprobat satis convenienter, & ex intentione tam legislatoris abbatis, quam senatus seu magistratus nostri, qui chartæ subscripsit: in æternum, ut hinc inde in charta sub D. repetitur.

§. XX.

Jurisdict. & judicia Helmstadii in compendio.

Habemus ita jurisprudentiam Helmstadii nostri in materia jurisdictionis in compendio, quod triplex origetenus sit I.) vogteiica, II.) schultetica, III.) senatoria, die Rathhäusliche, quodque totidem judicibus vogto, sculteto senatuque municipali constet. Neque obstat, in charta sua GERHARDVM comminisci etiam GOGRÆVIVM & AMTMANNVM. Nam GOGRÆVIVS fuit judex des gemeinen Volcks, ut in charta GERHARDI circa finem legitur. Atqui das gemeine Volck notat sine dubio rusticos, isthoc ævo post pagos suos a LVDOLPHO Magdeburgensi combustos & desolatos ad civitatem Helmstadiensem profugos, qui sensim desierunt, vel cum burgariis in unum corpus coaluerunt, ut hodie nihil amplius de his rusticis exulibus, quam nudum plateæ

* De Quedlinburgo vid. M. inter chartas.

teæ ruſticæ, der Burenſtrate, nomen ſuperſit, adeoque ſimul jam diu Gograevii cum ſuo judicio conciderint. Certe non ad magiſtratum, ſed ad duces probabiliter gograviatus cum tempore pervenit. AMTMANNVM autem abbatis quidem emolumenta reditusque curaſſe legi, ſed inter veros juridicos fuiſſe nuſpiam obſervavi; ut proinde numero judicum ternario in Helmſtadio noſtro ſatis conſtet ſua integritas, ſuaque certitudo, imo ſimul ipſi jurisdictioni ſua TRICHOTOMIA. Merito itaque hic noſtram facimus mathematicorum doctrinam de triangulo. Nam uti hi, ex quo ſemel axioma, quod tres anguli in triangulo ſint æquales duobus rectis, demonſtrarunt, recte inferunt: ergo cognita ſumma graduum anguli unius, aut plane duorum, facile colligitur ſumma, vel reliquorum duorum, vel unius, qui ſupereſt, anguli: ita cum lapis jurisdictionis Helmſtadienſis ſit quoque triangularis, conſequens eſt, intellecta ſenatus jurisdictionis particula, e charta GERHARDI facile ſciri, quæ jurisdictio reſtet vogteiæ & ſchuldeſiæ. Imo ſi porro vogteiæ jurisdictio criminalis aliunde ſatis cognita eſt, ut Helmſtadii revera eſt, rurſus patet, quæ jurisdictio ſchuldeſiæ tanquam tertii anguli in triangulo ſive lapide triangulari reliqui; quæ non alia quam CIVILIS, demtis tantum pauciſſimis cau-

sis ad senatum rejectis, esse potest. Imo sunt quidem duæ assertiones, I) senatui competit jurisdictio tantum in certo & angusto causarum civilium numero, II) schuldesiæ autem competit jurisdictio civilis per modum regulæ generalis, & in omnibus causis a GERHARDO non exceptis; sed non necessariæ sunt duæ distinctæ demonstrationes, uti nos rem hactenus aggressi sumus, dum §. XVI. assertionem posteriorem, hic autem & præcedenti §. XIX. priorem demonstravimus. Nam supposito, uti quidem supponendum est, vogtum esse judicem criminalem, supposito porro, ut rursus e charta GERHARDI supponendum est, senatum exigua civilis jurisdictionis parte gaudere, satis eo ipso demonstrata est assertio prior, ut non necessum sit de separata demonstrationein usum schuldesiælaborare. Vicissim, si demonstratum simul est, jurisdictionem criminalem esse vogti, civilem schuldesiæ: res, quod senatui municipali non nisi reliquiæ jurisdictionis exilis superstint, non eget demonstratione singulari, verum per se sat evidens est; ut res facile ex dictis de triangulo denuo illustrari potest.

§. XXI.

§. XXI.

Concordat etiam nobiscum hiſtoria juris civitatum municipalium, quæ initio, ut in præcedentibus enarravimus, nullam, poſtea Carolingis, Saxonibus & maximam partem Francicis imperatoribus extinctis, ſub Suevis demum aliquam, & quidem talem, qualem nobis jus Weichbildicum deſcriptam reliquit, atque uſus ipſorum municipiorum comprobavit, ſingularem ſcilicet, ad certas paucasque civiles cauſas reſtrictam habuerunt jurisdictionem. Aſt viciſſim ſchuldeſiæ, vogtorum jurisdictio in germania fuit tamdiu, quamdiu in unum regnum coaluit, neque fuit ſingularum, numeroque certo comprehenſarum cauſarum, ſed integræ ſpeciei cauſarum jurisdictio. Unde in dubio præſumitur eadem, quæ fuit, plena, integra, non mutata; cum viciſſim ſenatus municipalis jurisdictio a) recentior & b) e particulis ſchuldeſiæ, vogteiæque decerpta, ſimulque ſingularis circumſeptaque ſit: ut proinde in colliſione cum vogto aut ſculteto conſulibus ſemper probandi onus incumbat, quod vetus vogteiæ, aut ſchuldeſiæ habitus mutatus, & magiſtratui municipali ex illarum abundantia mica quædam data fuerit. In ſpecie noſter magiſtratus municipalis hic

Exigua conſularis Helmſtad. jurisdict. convenit cum hiſtoria.

hic allegat tria tempora, totidemque laudat largitores jurisdictionis abbatem GERHARDVM I. qui anno MCCXXXXVII. municipalem (die Rathhäuſslich-Städiſche) dedit, confirmavit, ducem ALBERTVM, qui anno MCCCXI. ſchuldeſiam, & ducem MAGNVM, qui vogteiam anno MCCCLI. ipſis conceſſit. Prima conceſſio facta fuit in perpetuum, duæ reliquæ cum jure ad beneplacitum revocabili, ut chartæ ipſæ loquuntur.

§. XXII.

Vnde duces B. L. ſchuldeſiam habeant, & an ſenatus noſter de hoc poſſit quærere?

Unde principes noſtri, & quando ſchuldeſiam acquiſiverint, lectori hic cum modeſtia & reverentia quidem quærere licet, aſt ſenatui quærere nefas eſt, & ſilentii ei honor relictus. Quod forte vel adulatio & aſſentatio, vel plane paradoxon videri poterat, ſed POTERAT tantum. Nam cum ſenatus bis jure crediri ſchuldeſiam a ducibus noſtris anno ſcilicet MCCCXI. a duce ALBERTO, & anno MCCCXX *1. a duce OTTONE, bona fide ipſi in pignus traditam acceperit, liteque obortа has ſuas literas tituli loco produxerit, nec alius unquam legitimus contradictor per tot ſecula extiterit: inhoneſtum atque indecorum eſt, ſena-

*1. Chartas, vid. ſub E. F. G. in adjunctis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0134
DFG

senatum principibus suis de titulis suis hic quæstionem movere velle. Novimus præterea juris axioma: *nemo debet illi, a quo possessionis causam habet, quæstionem dominii referre*, ut conductor, depositarius, commodatarius. Novimus quidem in contractu pignoratitio rem aliter se habere, & creditori pignoratitio actione contraria re aliena ipsi pignori data agere jus esse *l.* 9. *l.* 32. *de pignor. act.* Sed cur? respondetur, quia creditor pignus accipit in securitatem crediti, *vid.* PRÆSES *in specim. tit. eod.* jam vero in re aliena ipsi nulla securitas est. Enim vero hoc non extendendum est in infinitum, nec promiscue concedendum. Quidsi enim nemo adsit, qui pignus sibi vindicet, quique contra creditorem ad dominium agat? Quidsi creditor & ipsius hæredes pignus per plurium seculorum decursum quiete respectu omnium, solo debitore excepto, possederunt? Quid si positis his circumstantiis de securitate creditor amplius queri non possit? Nonne in hac specie creditor non nisi per calumniam debitori de dominii titulo controversiam movet? Quis porro non videt, hæc omnia concurrere in specie nostra de schuldesia? Nonne schuldesia a principibus nostris b f. MCCCXI. MCCCXX. senatui pignori data est? Quis TVNC, quis tertius POSTEA unquam schuldesiam sibi vindicare ausus est? Quis po-

ſtea intra tot ſeculorum ſpatium ſenatum rei vindicatione convenit SCHVLDESIÆ ratione? Nonne ipſius majores anno MDXLV. in litteris ſuis ad dominum HENRICVM JVLIVM ſcripſerunt: daſs wir niemahls in Abrede geweſen, auch noch nicht ſeynd, daſs wir das Schultzen-Amt in der Stadt von Ew. Hochfürſtl. Gnaden ſeel. Vorfahren (ſine dubio JVRE) haben, ut infra. An ergo ſenatus JVS, quod ante ſeculum & ultra faſſus eſt, hodie inficias ire, aut plane oppugnare poteſt? Aſt in viam. Acquiſiverunt principes noſtri ſchuldeſiam initio ſine controverſia ab abbatibus extincta EGBERTI, ASSEBVRGII familia, & quidem intra annum circiter MCCLXVII. & annum MCCCXI, quia hanc anno hoc vendiderunt Conſulibus Helmſtadienſibus, quod ſine dubio non feciſſent, niſi jure habuiſſent. Imo principum certo fuit, quod intra quatuor ſecula * 2. nemo ab iis petere ſuſtinuit. * 3. Sed admonet judicium recuperatorium noviſſimum, ut ad illud accedamus.

§. XXIII.

* 2. Quomodo quaque lege ſchuldeſia revocabiliter tamen tranſierit ad magiſtratum municipalem, non eſt, ut ſeparatim demonſtretur, cum ſatis hic inſtruant chartæ ſub F. G. dictumque in fine §. præced.

*3. Ab anno nempe MCCCXI. ad annum 1737.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0136
DFG

§. XXIII.

Scilicet hanc ipsam vogteiam, hanc ipsam schuldesiam, de quibus diximus, post recuperationes toties sub JVLIO, JVLIO HENRICO, RVDOLPHO AVGVSTO tentatas, post maturam deliberationem, serio tandem nuper recuperare, & regalibus, domaniisque suis, unde tamdiu hactenus utrumque judicium avulsum fuit, postliminio quasi adjicere aggressi sunt PRINCIPES nostri. Initium factum est a glorioſæ memoriæ principe, domino LVDOVICO RVDOLPHO, anno MDCCXXXV. tunc currente, & quidem non a vi, sed a rescripto clementissimo die XXXI. Januarii emisso, quo ipso magistratus de jure reluendi principis, toties jam monitus, denuo interpellabatur, atque, ut in termino LX. dierum, satis liberaliter præfixo, de datis & perceptis, ut etiam inter privatos in reluitione pignorum juris est, calculum subduceret, & principi exhiberet, creditamque pecuniam, justo moderamine tamen præcedente, aut reciperet, aut deponi apud cancellariam videret. Cum vero magistratus gratioso huic rescripto non pareret, sed amplissimi temporis spatium ex ingenita solitaque principis clementia ipsis indultum, consueta parendi

De justitia nuperæ recuperationis Vogteiæ.

tarditate & contumacia, ſecundum ſcil. naturam generis ſui, elabi pateretur, interim autem optimum perpetuaque memoria digniſſimum principem ad cœleſtia vocari contingeret: ſereniſſimus ſucceſſor ipſius FERDINANDVS ALBERTVS, ut ultimam voluntatem optimi ſoceri, cum ex pietate, tum ex officio, quod princeps tutelæ & conſervationi bonorum juriumque ærarii publici debet, exequeretur, duobus ex numero conſiliariorum, & ſatraparum ſelectis, ac delegatis, in mandatis dedit, ut dicto die jam præterito, VOGTEJAM magiſtratui pignori datam, oblato huic credito, recuperarent. Cui mandato quoque delegati die Aprilis XVIII. ex aſſe, ut muneris ratio jubebat, ſatisfecerunt, utut magiſtratui parum gratum officii genus præſtarent.

§. XXIV.

Objectiones contra modum procedendi principis motæ.

Ne quid tamen, quod pro magiſtratu facere poſſit, ſupprimere, aut certe diſſimulare videamur, age! non in folle, ſed ſigillatim ac diſtincte recenſeamus, quæ interprete capite ſuo, principi, ſtylo non inficeto, ſed ſatis eleganti, multisque verborum lenociniis, ita tamen, ut aliquando gravitas, & longe quæſita juſtitia, civilitatis & humilitatis ſpeciem temperare

rare videantur, in scriptis exhibitis exposuit. Auspicium fit 1.) more causidicorum atque defensorum malæ causæ solito, a judicii, vel ut in tritura forensi dicimus, processus forma, quasi in toto hoc revera justissimo recuperatorio pristini juris judicio, non sollemni judiciorum forensium figura, quam VIAM JVRIS magistratus secundum advocatorum consuetudinem vocat, sed tumultuarie, atque pro imperio omnia gesta, viaque facti peracta fuissent. Nec enim 2) hic ab auctoribus recuperationis vogteiæ urbicæ cogitatum esse, quod de jure non cadat in debitorem, (qui hic camera, aut potius ipse princeps est,) creditorem præfixo peremtorio termino ad se citare, ut rationes de antichresi, forte scilicet, hujusque justis usuris, fructibusque perceptis reddat, & accepta, aut si justis ex causis accipere nolit, deposita pro arbitrio definita qualicunque pecuniola, pignus confestim restituat, addita in complementum iniquitatis commissoria clausula, ut, si imperata facere nolit, credito suo mulctetur: verum hic in jure requiri, ut fors servato juris ordine in judicio deponatur, causa integra cognoscatur, & tum demum, si creditor ex jure non habeat, quod alleget, immissio in res oppignoratas petatur, plane in illa specie, ubi principis fisco cum cive res est: cum fiscus in causis suis uti debeat

jure privatorum; ut passim in jure communi in *Tit. de jur. fisc.* constitutum reperiatur. Quorum omnium III.) rationem a recuperatoribus vogteiæ habitam fuisse nullam. Adeo IV.) ut incompetenter emissæ citationis facto nova injuria accesserit, cum ne quidem lapsus termini præfixi, seu diei dicti lapsus expectatus fuisset, sed par recuperatorum nimium properantium biduo integro fere citius irruisset, & consuli, nil tale cogitanti, sortem pro lubitu definitam, multo mane, inter horam scilicet septimam & octavam, cum nemo ex collegis, quorum consilia ALIAS tam sollicite consul exquirere solet, præsto esset, non tam obtulisset, quam per duos Notarios sat avidos, invito, postulatis simul tabularum ad veteres oppignorationes spectantium editione, sortisque acceptæ apocha, obtrudere tentasset. Imo cum consul primarius extra confessum pecuniæ qualicunque acceptione solus defungi, sibi religioni duxisset, & factam simul inopportunam oblationem oratione decentissima deprecatus esset: mox post Notariorum abitum, par commissariorum præsentem Stadtvogtum, remissa ipsi jurata fide, qua hactenus magistratui, qui ipsum constituerat, tenebatur, novo juris jurandi vinculo cameræ principis obstrinxisse, &, ut hujus nomine atque auctoritate pristinum munus

munus efficeret, jussisse. Quo vero atrocior appareat injuria, exaggerationis causa additur a magistratus interprete: Helmstadiensem urbem voto & sessione in comitiis provincialibus, adeoque honore & dignitate membri ordinum provincialium gaudere. Notissimum autem esse, ordinum provincialium securitati, ne ex improviso, vel tumultuarie & passim a fisco citra judicii formam invadantur, sed, ut si quid ab illis petendum, id sollemniter & in jure petatur, legibus & recessibus provincialibus sancte caveri atque provideri. Unde majorem utique esse injuriam, præcipitanti festinatoque processu jam magistratui contra genuinum jus, & commune imperii, & provinciale speciale illatam, quam si alias eadem vis civi, privatoque facta fuisset.

§. XXV.

His de formalibus judiciique ordine a magistratu enarratis, fit transitus ad materialia, seu justitiam causæ. Primo loco hic principi opponitur: TRANSACTIO * 1. cum ducibus, RV-

Objectiones contra justitiam ipsius recuperationis. 1) Quia contr. transact. 1702.

*1. Minus recte, cum contineat charta merum rescriptum, de continuanda specie locationis, conductionis.

RVDOLPHO AVGVSTO, & ANTONIO VLRICO, anni MDCCII. die Novembris II. inita. Hac enim inter magiſtratum & principes pactum tranſactumque fuiſſe: ut, præſtitis C. annuis, magiſtratus vogteia non tantum per ſemiſeculum, ſeu L. annos, verum quoque, ſi legibus transactionis ubique ſtaret, & promiſſa annua C. die ipſi dicto promte exſolveret: non tantum per annos quinquaginta definitos, verum & ſequentibus ſucceſſive uteretur, frueretur. Imo II. heredum & poſterorum fidem oneratam fuiſſe, ut nec hi quicquam circa transactionem mutarent, ſed potius protectione ſua magiſtratum, ne ullo modo in poſſeſſione commodorum huius transactionis turbaretur, quotiescunque opus, ei adjutum venirent. * 2. Proinde juris eſſe, ut princeps hodiernus capita hujus transactionis, ſi non, quod tempus poſt præteritos annos quinquaginta attinet, certe tam diu, quam diu quinquaginta anni, in tabulis transactionis deſcripti ab anno præſenti ad annum MDCCLIII. adhuc currunt, religioſe ſervet, & tueatur. Præcipue III. cum vogteia non niſi HEREDITARIO jure, quod univerſale eſt, nec tantum commoda, ſed quoque incommoda in heredem

* 2. Atqui de obligatione ad continuandam locationem poſt L. annos nihil in charta.

dem transfert, adeoque, ut defuncti factum præſtet, eundem obſtringit, in principes ſtirpis jam regnantis, linea veteri Guelpherbytana extincta, devoluta ſit. Nulli hic IV. renunciationi, vel ut noſtrates: Loſung, aufkündigung, locum eſſe, cum non ſolum de uno principum JVRE, ſed quoque de VINCVLO & obligatione eorundem, circa quam renunciandi libertas exulat, agatur. Minimum V. renunciationem extrajudicialem, die auſſer gerichtliche Loſung cum hanc ſecuta manuum injectione, judicioque recuperatorio præcipitatiſſimo longe abeſſe debuiſſe, & rem dubiam cum exactiſſima cauſæ cognitione tractandam peragendamque fuiſſe, ut æquitas in foro jubet. Dein VI. non curſim, nec veluti in tranſitu cogitandum, ſed curioſiſſime meditandum eſſe: quod magiſtratus non titulo benefico, gratuitoque, ſed titulo oneroſo, VOGTEJAM acquiſiverit. Quoniam non tantum in primo anno MCCCLI. cum duce MAGNO inito pigneratitio contractu ſortem ſolviſſet, ac dein tot vicibus repetitis, data pecuniæ vi atque copia inſigni auxiſſet, verum onus oppido grave, ſcilicet præſtationem ſumtuum, quos executio vogteiæ expoſcit, in ſe recepiſſet.

IV.

V.

VI. Quia vogteia tit. oneroſo acquiſita, & poſſeſſa,

§. XXVI.

VII. Quin pro magistratu transact. principis cum abbate.

Porro VII. magistratum recte etiam allegare posse tabulas transactionis inter ducem AVGVSTVM & Abbatem Werthinensem anno MDCLIV. factæ. Continere enim has inter plura majoris momenti capita alia; quoque sequens: zum *fünfften die hohe Gerichte auf dem Closter, in dessen gantzen Bezirck, Mauren und Zäunen, wie auch auf dessen Freiheit, und darinnen verhandenen Wohnungen, wollen Seine Fürstliche Gnaden*, als EDLER VOIGT, *durch* BVRGERMEISTER *und* RATH *zu Helmstädt, auf requisition des Closters, administriren lassen, demselben Befehl darüber ertheilen, und sollen sich die Beambte zu Schningen dessen ferner nicht anmassen.* Vi enim hujus clausulæ principi certe nobilioris vogteiæ partem magistratui demandatam, in alios transferre, aut sibi ipsi retinere, fas non esse. Ut proinde & hujus transactionis præsidiis magistratus facile adversus recentes recuperatores se defendere possit. VIII. Accedere VIII. ulterius & hanc rationem: quod ad navem civitatis regendam, VOGTEJA veluti gubernaculi vicem teneat, sine quo non nisi mersio cum instante nau-

naufragio metuenda. *1. Vlterius IX. omni magiſtratui opus eſſe OPINIONE, quod habeat non tantum ad jubendum, vetandum, ſed potiſſimum ad cogendum, ut cives juſſa vetitaque faciant & omittant, ſufficientem poteſtatem, ceteroquin auctoritatem adeoque vitam & ſpiritum magiſtratui adeo deficere, ut vel mortuus, vel ſeminex habeatur. Atqui adverſus hoc malum Helmſtadii a VOGTEJA medicinam accerſendam eſſe. Eſſe porro X. Helmſtadium ſedem Academiæ, unde denuo magiſtratui opus potentia VOGTEJÆ, cum ne ludibrio habeatur ab academia, quæ ipſa omni jurisdictione utitur, fruitur, tum ut jura Sereniſſimi, præcipue ſolidariam ſuperioritatem territorialem in ſacris & profanis cum effectu contra academiam tueri & ſervare poſſit. XI. In receſſibus auguſtæ domus Guelphicæ conventum eſſe IX. X. XI.

*1. Huc referimus literas ſupplices burgariæ & magiſtratus MDLXXIV. ad glorioſiſſimum JVLIVM *ſub* P. *in auctar.* Vid. noviſſimas litteras ſupplices MDCCXXXV. verbis. Es iſt gnädigſter --- zu ſtehen werde. Adj. Q. & verbis die Stadt-Voigtey erweiſen ibid. item adj. F. verbis. Es iſt - befreyet *item* verbis die Stadt-Voigtey verweiſen item adj. S. durchlauchtigſter Hertzog entrathen kan.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0145
DFG

inter principes, ut magiſtratus in ſubſidium ab academia ad exequendam ſententiam capitalem, aut eam quoque, quæ exilii pœnam continet, requiſitus, executoribus ſuis academiæ adſit, quo extrema hujus jurisdictionis fieri queant, cui tamen officio magiſtratus jure VOGTEJÆ
XII. ſibi ademto impar ſit. Neque vero XII. cameræ referre, quis vogteiam adminiſtret, ſive præfectus Schöningenſis, ſive conſularis magiſtra-
XIII. tus Helmſtadienſis. Tandem concluditur *2. XIII. ut in exactione redditionis rationum antichreſeos, calculus non a computo, anno MDXCII. MDXCIII. tentato, repetatur, ſed caput de rationibus reddendis ſecundum transactionem an. MDCCII. quæ magiſtratum, reſpectu perceptorum fructuum præcedente tempore abſolvit, ordinetur. Imo ex hactenus dictis nihil juſtius, æquius eſſe, quam ut ſublato tumultuario & injuſto judicio recuperatorio vogteia magiſtratui reſtituatur, & ſecundum ſæpe laudatam transactionem ipſi ad uſum neceſſarium perpetuum relinquatur, atque hac ratione juſtitia ex aſſe fiat.

§. XXVII.

*2. Ut iterum probatur ex litteris ſupplicibus MDCCXXXV. die.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0146
DFG

§. XXVII.

Refutatio argumentorum a forma processus desumtorum.

Verum quamcunque etiam speciem præ se ferant adversariorum a procedendi forma desumtæ objectiones, facile nihilominus dissolvuntur, si omnem disputationem ad duas quæstiones revocamus: I.) An & quatenus princeps modum causas cognoscendi per leges civiles suis judicibus inferioribus præscriptum, sequi & ipse teneatur? An sereniſſimus princeps noster beatiſſime defunctus nec ab initio, nec in progressu recuperatorii judicii, nec ipse, nec delegati ipsius recuperatores, nec modum, nec ullam judicii formam attenderint, sed ubique ex impetu & tumultuarie egerint, injustoque & violento facto, ut questus est magistratus, sub juris domanialis specie, juste a magistratu quæsita rapuerint, abstulerint? Certe, quod attinet primam quæstionem, secundum principia juris civitatis naturalia, subditi a principe suo, si inter illum & ipsos controversia exoritur, nihil amplius jure suo petere possunt, quam: NE IPSOS LÆDAT, nec suum ipsis aufferat, nec eos injuria afficiat; minime vero, ut simul in via judicii per omnia formularum aucupia, observataque omnium ceremoniarum specie, ipsis veluti comitibus lentiſſimo & suspenso quasi gradu

du ambulet, & incedat. Neque enim principi, dum ordinationes proceſſuum conſcribi jubet, mens eſt, ut repudiata juſta & libera, quæ ipſi competit, arbitrandi poteſtate, ſe abdicet, vel ut in cauſis bonorum juriumque conſervationem domanii publici reſpicientibus, per formulas, ritusque in his ordinationibus definitos, certiſſimas remoras nulli neceſſario veroque uſui futuras, ſibi creet, aut ſcrupuloſas ſalebras in plano juſtitiæ itinere non ſine tædio atque ſumtibus ſibi imprudenter objiciat, ſed tantum, ut frena injiciantur judicibus inferioribus, ne ex affectu, & prout vellent, judicia inter cives exerceant, ſibique ſummum arbitrium, quod non niſi ad principis eminentiam pertinet, cum faſtu arrogent. Solutus eſt princeps omnino ab ejusmodi legibus, quæ non niſi decori, ordinis & affectuum temperandorum ergo judici, actori, reoque privato litigantibus, cauſamque tractantibus, datæ ſunt. Quod præcipue in illa ſpecie veriſſimum & certiſſimum eſt, in qua jura principis non altioris indaginis, ſed in promtu ſunt, ut optime obſervavit STRYK, * & integro

* Hunc JCtum lubens allego. Dici enim vix poteſt, quam exigua ſit in tritura forenſi GROTII & ſcriptorum juris naturæ auctoritas. Retulit mihi jam ante

gro reſponſo oppido huc pertinenti in cauſa H. & D. de V. wegen des Amtes N. verbis: *Hoc non de ſolennibus proceſſus tantum intellectum volumus. ad quæ principem præciſe adſtringere velle non neceſſarium putamus, ſed ſufficiet, ſi modo* DE JVSTITIA CAVSÆ *principi conſtet, illuſtravit. vid. ipſius V. M. ad tit. de evict. pag.* 757. *ſequ.* Accedit, quod etiam in privatorum controverſiis, ſi juſtitia alterutrius partis appareret, ſilere exulareque debeant ſcrupuloſa de exquiſito proceſſus cultu philoſophemata. Exinde natæ ſunt regulæ forenſes: *quotiescunque de* PETITORIO *conſtat, ſruſtra litigatur* de POSSES-

ante vicennium B. Dn. F. W. W. director cancellariæ F. olim Lipſiæ D. GROTII diligentem lectorem ad collocutiones pragmaticorum aliquando accedentem, ſemper fere his verbis exceptum fuiſſe: Siehe da kömmt der MORALISTE, weg mit ihm und ſeinem Grotio, doctores practicos her. Ceterum inſtar mille doctorum pragmaticorum nobis ſit receſſus provincialis anno M D C V, ubi ordines provinciales ipſi rogant principem noſtrum, ut efficiat, ut judicia in cauſis claris in klahren und undiſputirlichen Sachen promte pronuncient, ſive daſs ſchleuniger Beſcheid ertheilet werde. Atqui quod jus ſubditi in ſuis cauſis a principe petunt, id nec invicem principi, ſi & eodem in ſuis cauſis uti velit, invidere debent.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0149
DFG

SESSORIO; nec non: PETITORIVM *absorbet* POSSESSORIVM item: *in confessum nullæ Judicis aliæ sunt partes, quam ut condemnet*, item: *lites abbreviare publici interest. Vid. L.* 13. *Cod. de Judic. L.* 2. *princ. de aqu. pluv.* Item: FORMALIA *debent cedere* PONDERI *materialium. Conf. Dn.* PRÆSID. *ad Artic. XIX. XX. edit. tertia* * 1. *der P. H. G. O. per tot.* Imo inter privatos pactis conventis sua ubique vis est, ut v. c. creditori, qui pactus est, ut sibi jus dicere, aut fundum ingredi liceat, non opus actionem ordinariam instituere, sed ipsi fas sit mox urgere sequestrum. *Vid.* WIESTNER *ad tit. X. de sequestr.* ZIEGLER *in dissert. de sequestr.*

§. XXVIII.

Applicatio dictor. ad judic. recuperator. Sereniss.

Quod si nunc in rem præsentem veluti imus, & quæ hactenus in principis nostri judicio recuperatorio gesta sunt, intuemur, in promtu & facillima est applicatio. Nam I.) VOGTEIAM magistratui oppignoratam, quovis tempore revocabilem esse, nec præscribi posse pignoratitiam actionem debitoris, non tantum communis doctrina de pignoribus tenet, *vid.* STRYK. *de act. forens caute investig. pag.* 3. *Cap. III. axiom. I. ibique cit.* sed quoque ex pacto

cto hypothecæ cum duce MAGNO inito, dein toties in ducum ſucceſſorum chartis, ut FRIDERICI, BERNHARDI, HENRICI JULII repetito, imo ex ultimis litteris gratioſis fratrum ANTONII ULRICI & RUDOLPHI AVGVSTI, quibus præcipue magiſtratus nititur, plane ex ipſa magiſtratus confeſſione coram principibus plus vice ſimplici repetita certiſſimum, ſimulque manifeſtiſſimum eſt. Ut proinde II.) tam jus principis, quam factum magiſtratus, nullis proceſſus ordinarii ambagibus, morisque indigeant, ſed princeps beatiſſimus F. A. recta via jus majorum ſuorum in ipſum a primo oppignorante MAGNO poſt ſtirpem veterem Guelpherbytanam extinctam, defunctumque nuper glorioſiſſimum LVDOVICVM RVDOLPHVM devolutum, ſibi vindicare, quodque ad domanium ducatus pertinet, ſat diu autem ab ipſo avulſum fuit, recuperare potuit. Præcipue, cum jam demonſtratum ſit, etiam in gratiam ſubditorum judicia in cauſis liquidis breviſſimis terminis circumſcribenda eſſe. Modo nemini ſuum auferatur, aut injuria fiat.

§. XXIX.

Dein fuere & aliæ rationes æquitatis, & prudentiæ, quæ Sereniſſimo ſuaſerunt, ne proceſſus

Cauſæ ſpeciales abbreviati proceſſus recuperatorii.

ceſſus ordinarii immenſo pelago, ſyrtibus & ſcyllis optimam & juſtiſſimam cauſam committeret. Molliſſime enim I.) CONRING de regulis proceſſus ordinarii obſervat: *quod nimium faveant reo;* Paulo gravius THOMASIVS: *quod ita hæ regulæ ſint comparatæ, ut licet judex velit, nihilominus cauſa etiam juſta per tempus longiſſimum protrahi poſſit.* Omnium veriſſime, & certiſſime IOHANNES A BRANDES *libell. de ver. & ſim. JCtor. philoſophia pag.* 137. die Römiſche Rechte haben die heydniſche Römer, als ihr Erfindniſs, GOttes Geſetzen und der Chriſtlichen Liebe zuwider, auf die Leiſten ihres gemeinen Nutzen, * und zu deſſen Be-

Wem die Proceſſe eigentlich zu Nutze kommen.

* Practice: Zu der Richter und advocaten NVTZEN. Nuper in actis e civitate maritima ad collegium noſtrum miſſis, ubi actor apud GADES (zu Cadix) reus apud GAMBRIVIOS noſtros habitabat, quærebatur, cur non potius apud GADES, ubi negotium geſtum, & reo etiam taberna erat, actio intentata; reſpondebatur: Weil in Hiſpanien keine Gerechtigkeit, ſondern in Proceſſen das gewiſſe Geld nach dem ungewiſſen geworffen, und von Richtern, Secretarien und Advocaten, bis nichts mehr da, hingenommen würde. An non promta & non mercenaria juſtitia relicta Europa per fretum, GADI-

Begröſſerung gericht, dazu, wie Mauſsfallen liſtige Formulen angehenckt, wer darein gefallen, der iſt ärger als in Garnſtrengen verworren, und hat ſein Recht alsbald verlohren; ſolche verroſtete Mauſsfallen hat man vor Jahren umgeſchmiedet, und mit ſo vielen Dornhecken umzäunet, daſs faſt niemand in dem wilden Wald zu ſeinem Rechte kommen können.

§. XXX.

Porro Sereniſſimum, quo minus contra magiſtratum non-neceſſarium proceſſum ordinarium pro remedio recuperatorio eligeret, facile movere poterant Acta quondam inter magiſtratum Helmſtadienſem & NOVVM FORVM, anno MDXCIV. & ſequ. coram commiſſione HENRICI JVLII, nec non Acta inter præfecturam Schöningenſem & magiſtratum noſtrum anno MDC. ventilata. Quæ enim ibi non extant magiſtratus iſtius temporis technæ, & calumniæ? Nunc enim producebat chartam ducis MAGNI, qua NOVVM FORVM anno MCCCLI. pignori, ad principis be-

Cur Sereniſſimo periculoſum viſum proceſſum eligere ordinarium.

Modus agendi magiſtr. Helmſtad. cum Henrico Julio.

GADITANVM plane mox tranſitura ſit, aut jam tranſierit ad Afros, alii cogitent atque philoſophentur.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0153
DFG

neplacitum quocunque tempore, forte soluta, revocabiliter datum, fatebaturque simul ingenue, quod non alio nisi pignoris jure NOVVM FORVM possideret. Nunc omnia negabat, & se dominum esse NOVI FORI audacissime, & acerrime contendebat, provocando ad chartam ALBERTI de anno MCCCVII quæ, si verba inspicis, ita NOVVM FORVM in consules Helmstadienses transfert, VT NEXV NVNQVAM DIVELLENDO CVM URBE HELMSTADIENSI COHÆRERE debeat; cum tamen, si mens ipsi non læva fuisset, facile pervidere potuisset, chartam veterem ALBERTI contra recentiorem contractum cum magistratu, vel rectius cum BVRGARIIS, (nam de consulibus & senatu, nil in charta) cum filio MAGNO anno MCCCLI. initum, quo, PIGNORIS loco tantum NOVVM FORVM pro nutu principis revocabiliter magistratui datum fuisse, evidentissime continetur, sibi nihil prodesse. Plane ex collatione utriusque chartæ simul evidenter constat, chartam ALBERTI vel nunquam traditione consummatam, adeoque huic implementum defuisse, vel mutationem paulo post accessisse, & quod antea in perpetuum ipsi ab ALBERTO patre concedebatur, NOVVM FORVM, maturo filii MAGNI consilio in contractu recentiori non nisi hypothecæ jure concessum esse. Gravis est

Dubia contra chartam Alberti de anno MCCCVII.

oratio

oratio cancellarii JAGEMANNI, cujus verba in *dictis Actis fol.* 81. *b.* ita fluunt: „ Vnd befindet man, daſs man (nemlich der Rath) „ DEN LANDES-FURSTEN HINTERGE„ HEN, und das, was S. F. G. eigenthümlich „ zuſtehe, entziehen wolle, denn die Neumarck „ ſey allezeit Braunſchweigiſch geweſen, &c. „ Und weil ſie alſo dem Landes-Fürſten das „ dominium intervertiren wolten, mögten S. „ F. G. ihnen auch wohl den Pfandſchilling „ nicht einmahl wieder geben. „ Neque vero magis cordate a magiſtratu actum in actis Schöningenſibus de anno MDC cum quæſtio de porcorum ſaginatione in ſylva Buddenſtetenſi erat; hac enim ſaginatione magiſtratus Helmſtadienſis non niſi hypothecario jure fruebatur, ut luculenter charta oppignerationis vogteiæ ducis MAGNI anni MCCCLI. teſtatur in *auctar. lit. C.* ſub C; magiſtratus autem, ex quo poſſeſſionem ſaginationis ejusdem chartæ beneficio nactus erat, abjecta ſatis irreverenter charta, noviterque efficta in ſuum uſum præſcriptione, porcorum ſaginatione ſylveſtri jure dominii ſe gaudere, comminiſcebatur, ut acta docent. Imo ecquid de noviſſimo magiſtratus artificio, in litteris recentiſſimis anni MDCCXXXV. die 15 Octobr. adhibito, dicamus? quo verbum: NOSTRÆ, vel ut in ipſa charta Albertina: NOSTRE: de

Cancellarii correptio magiſtratus an. MDXCII.

Artes magiſtratus bey dem Maſtrecht.

anno MCCCXl. in verbum: NOVÆ; contra confessionem majorum suorum in litteris ad ducem HENRICVM JVLIVM anno MDXCl. die XXV. Aprilis factum, transformavit eo fine, ut gratiosam Schultesiæ in urbe Helmstadiensi jure hypothecario ab ALBERTO duce dicto anno MCCCXl. in magistratum factam traditionem eludere, imo plane inficiari posset hypothecæ titulum, quasi alio firmiori & magis justo titulo Schultesia in urbe, & non mero jure revocabili pignoris ipsi contigisset. Ex quibus apparet, quanti periculi sit principi, cum magistratu, de jure EVIDENTI, processu ordinario contendere velle, a quo parum cordati, parum sinceri sperandum, sed nonnisi vafritiæ, technæ, artes, & pernitiosa commenta justissimo metu pertimescenda. Quis itaque, nisi iniquissimus, Sereniſſimo invideret, quod susque deque habitis litium & pretiosarum, & periculosissimarum tricis, declinatisque earundem anfractibus, mascule, cordate, breviterque vogtejam, cum juribus & commodis eidem indivulse connexis, oblato pretio, quondam a magistratu duci MAGNO soluto, quæ manifesto sua est, jam sibi juste adserere allaboret?

Conclusio ex dictis.

§. XXXI.

§. XXXI.

Neque vero operosior est responsio quæstionis secundæ. Nam Sereniſſimus, cum delegatis ſuis, utut fatali æternoque proceſſus ordinarii jurgiti jus ſuum, majorum ſuorum infelicia fata veritus, committere noluerit: nihilominus in recuperatione VOGTEJÆ, in modo procedendi, ea, quæ ſunt juris naturæ & gentium, abunde obſervavit. Siquidem his juribus ad judiciorum exercitium tantum requiritur I.) ut pars adverſa citetur, II.) juſtitia cauſæ cognoſcatur, III.) ut cognitione abſoluta, & jure alterutrius partis in apricum producto, ſententia feratur, ut IV.) ex natura judiciorum contra inobedientem & obſtinatum in contumaciæ pœnam judicetur. Tandem V.) ut executio fiat. Principes noſtri ſereniſſimi ſocer & gener nihil horum reliquum fecerunt. Nam I.) magiſtratus a Sereniſſimo L. R. legitime citatus II.) de cauſa, de qua coram ſereniſſimo agendum, ſatis inſtructus fuit verbis: „ daſs Sereniſſimus die „ Neumarck und Zubehör, Voigtey, Schul- „ tzen- Amt, auch jährlich entrichtende 40. „ Braunſchweigiſche Marck, und was dem allen „ anhängig, wieder löſen wolten, und daher „ die Einſendung der liquidation über das auf „die

Ad quæſt. II. reſpond. An princeps in judic. recuperat. omnia, etiam neceſſaria, omiſerit.

Quæ I. N. & G. ad proceſſum requirantur?

„ die Pfand-Stücke gelehnte Geld gnädigst ge-
„ wärtigen wolten.„ III.) Spatium magistratui ad satis faciendum citationi & ad deliberandum, atque ad jus suum, si quod habebat, probandum amplissimum datum, ut non haberet, quod de termini angustia excipiendo quereretur, imo IV.) ne more ipsi consuetissimo * præscriptum terminum bis, aut iteratis vicibus contumaciter eluderet, necessario addebatur comminatio, tam post lapsum duorum terminorum, qui hic in uno termino duorum mensium aperte continebantur, alias usitata, quam cum hic non tantum de publica utilitate, verum etiam de honore domini territorii ageretur, justissima, ni tam æquissime imperata faceret magistratus, Serenissimum pignora citra ullius sortis restitutionem, repetiturum fore. Plane V.) si hæc pro excusanda clausula pœnali censoribus partium studio obnoxiis forte sufficere non videantur: his suasor essem, ut supra §. 3. IX. X. dicta, de crebris principum nostrorum interpellationibus, & monitis, ut magistratus certo ipsi die ex æquo

De mala magistrat. rescriptor. paritione.

* Non rara sunt exempla recentiora, ubi magistratus per rescripta toties repetita monitus, nihilominus prætexibus undecunque quæsitis imperata non fecit, sed decimum rescriptum expectavit, res probabitur infra.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0158
DFG

quo præscripto, recepta vicissim mutuo quondam a majoribus suis soluta pecunia, quorum repetitio, vi ipsius contractus formulæ singulis momentis a Sereniſſimorum oppignoratorum & heredum suorum arbitrio pendet, restitueret, repetant & relegant. Nam hac ratione mox deprehendent, vel solum ducem JVLIVM quinque vicibus, ut bis anno MDLXXIII. & dein ter annis nempe MDLXXIV. MDLXXXV. & denuo HENRICVM JVLIVM anno MDXCIII. & porro seculo XVII. RVDOLPHVM AVGVSTVM annis MDCXCII. & MDCC. magistratum ad respondendum de pignoribus quondam a principibus acceptis, jam olim in jus vocasse, ut, rebus in hac causa gestis sedulo inspectis, fatendum sit, plus quam unius seculi tempus magistratui, ut tandem citatus compareret, & contractibus suis pignoratitiis satisfaceret, indultum, adeoque omnem de judicis festinatione conquerendi occasionem sufficientissime præscissam fuisse. Neque VI) hic circa causæ cognitionem supereſt, quod scrupulum movere possit; siquidem VOIGTEJAM, NOVVM FORVM, SCHVLDESIAM cum pertinentiis (Güthern-Gerechtigkeit u. s. w.) non nisi pignoratitia lege a magistratu possideri, ex ipsis contractuum cum communis stirpis principibus ALBERTO, MAGNO PIO initis formulis liquidum est, ut

citra sollicitam & anxiam causæ cognitionem vel sola chartarum inspectio sufficere possit. Insuper VII) ipsa contractuum instrumenta toties seculo XVI. sub JVLIO & HENRICO JVLIO seculo XVII sub RUDOLPHO AUGUSTO, & nuper seculo XVIII. sub FERDINANDO ALBERTO a magistratu in judicio producta, clarissime docent, QVID pignori datum, QVÆ mutua fors soluta, ut non opus causæ cognitione. Imo si quid adhuc ulterius e rebus principis oppignoratis latet, magistratus tenetur in foro & cancellaria chartas seu cautiones, quas in hunc usum scriptas habet omnes, cum non possint non ipsi cum principe communes esse, principi edere, ut ab hoc ex æquo statui possit. Nam si hoc non præstat magistratus, & tamen aliquid circa causæ cognitionem criminari velit; suæ proterviæ & contumaciæ defectum, si quis est, acceptum ferre tenebitur; quæ pleniorem hujus instructionem suo vitio moraque sua sufflaminarunt. Quamvis credibile sit magistratum præter jam productas chartas nullas alias in rem suam habere.

De jur. princip. judicand. in caus propr.

Speciatim VIII) pro facta justæ causæ cognitione in præsenti & hoc addendum est, quod principibus imperii fas sit controversias, si qnæ ipsis cum subditis emergunt, judiciis suis propriis, quæ ipsi constituunt, subjicere. Sint mihi testes ZASIUS, WESENBECIUS, BERLICHIUS, HERT. §. 27. *in fin. de S. T.*

S. T. MEVIUS *VIII.* 198. & quæ mihi instar omnium est: EXPERIENTIA FORENSIS.

§. XXXII.

Quod jus adeo in imperio invaluit, ut plane nobiles subditos suos convenire possint coram suis judiciis, coramque suis justitiariis. Provoco hic inter DD. ad MENCKENII *dissert. singul.* & jam laudatam magistram experientiam. Atqui princeps in sua civitate potest, soletque duplex judicium constituere: ordinarium scil. PRÆFECTURAS, vel integra COLLEGIA, Rathhäuser, Hofgerichte & alia, vel extraordinarium, si causam litis abbreviandæ ergo mandatariis, ut jus civile *tit. de offic. ej. cui mand. jurisdict.* vel judicibus delegatis, ut jus canonicum, vel commissariis, ut tritura forensis vocat, cognoscendam relinquit * 3. factum & hoc a principibus nostris clementissimis atque justissimis. Proposuerunt acta de VOIGTEIA e majorum regestis juris SAPIENTIBVS suis jusserunt, ut legerent, reputarent, judicium suum secundum jus & factum sibi decenter exponerent, citra amoris odiique affectum, prout a viris bonis fieri solet. Præter ceteros JCtos, qui ipsi in aula perpetui comites sunt, selecti sunt adhuc duo JCti alii, & doctrina & usu forensi pollentissimi,

De jure German. conveniendi subditos coram se ipso.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0161
DFG

alter consiliarius limitum, sive quo alias in judicio finium regundorum uti solet, alter Schöningensium satrapa; qui tandem aliter judicare de jure factoque ipsis proposito, nec voluerunt nec potuerunt quam olim ducum nostrorum heroes JULIUS, HENRICUS JULIUS, RUDOLPHUS AUGUSTUS judicarunt, quam lex contractus pignoratitii jubebat, quamque ipsa reorum confessione sæpius repetita, continebatur, scilicet RESTITUENDAM esse cum appenditiis suis VOIGTEIAM, ratione mutui dati sufficere, reddere tantum magistratui salvo computo, salvisque a magistratu reddendis rationibus, nummos, quos olim ALBERTUS & MAGNUS PIUS mutuo acceperunt. Suasores tamen simul erant commissarii nostri principi LUDOVICO RVDOLPHO, ut (licet fas esset) non statim Voigtejam cum accessoriis reliquoque pignorum genere missis executoribus auferret, fiscoque suo post satis diuturnam ab eodem factam separationem, denuo jungeret, sed ut servata judicii figura magistratui, quid in rem cameræ principi ex officio factu opus jam esset, per rescriptum indiceretur, ipseque ad causam dicendam, si quam haberet, citaretur, citatoque terminus largior, addita tamen pro auctoritate principis tuenda, proque excitando obediendi magistratus officio, quod alias ipsi ob fiduciam

in

in specioſarum relationum ſuarum, quas Verſtellungen vocat, fucum collocatam ſæpius langueſcere ſolet, neceſſaria comminatione, ut niſi reſcripto citationique pareret, haud ægre ferret, ſi id, quod in jurisdictione extremum eſt, poſt tam amplum terminum fruſtra elapſum, certo pateretur. Quod vero ulterius de anticipatione termini, & quod delegati biduo citius, quam in citatione ſcriptum advolaſſent, magiſtratus excipit, falſum eſt, & documento publice factæ inſinuationis in continenti refutatur. Utraque objectio, quod debitoris pigneratitii non ſit: creditorem citare, nec ei ad reſpondendum & rationes reddendas certum terminum præfigere, & ſi quæ alia ſupra inter oppoſitiones magiſtratus leguntur, diluemus & conficiemus ad marginem. *

§. XXXIII.

Exinde collige, quod regula, quam DD. ex *l.* 12. *de compenſat.* eliciunt: quod princeps & ipſius FISCUS in proceſſu utantur JURE PRIVATORVM promiſcue & in univerſum intellecta, ſit falſa. Nam I.) cui bono in ff. & cod. hac regula indiſcriminatim admiſſa de privilegiis fiſci extat *tit. de jur. fiſc. ſingularis.* Imo II.) in proceſſu, de quo nobis jam ſermo, vel ſolus

Corollaria ex dictis de judicio fiſci.

* Scil. diſtinguendum eſt inter creditorem privatum & creditorem principem, qui ipſe judicia bene conſtituta habet. *Vid.* §. *ſequ. in fin.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0163
DFG

LAUTERBACH §. *XII. d. t.* novem privilegia collegit, plura autem habet PEREGRIN. *de jure fisci LVII. tit. 1. sub rubr. de privil. fisci judicial.* Pro insigni certe privilegio reputatur, quod princeps in causa fisci in jure habeatur pro fisci defensore, protectore & judice. * Quod jus certe privato non competit, *vid. tit. Cod. ne quis in sua caus.* Neque vero re paulo plenius excussa, hoc jus fisci revera habet rationem privilegii iniqui, aut juris singularis. Nam causa fisci respectu principis non est causa PROPRIA principis, sed PUBLICI, sive hoc regnum sit, sive principatus, ducatus comitatus & reliqua. Nec enim fiscus, vel ut hodie: camera, ταμειον domaniorum in dominio principis est, ut jure dominii SUUM dicere possit, sed hoc jure pertinet ad publicum, ad principatum, cujus princeps administrator, & moderator, non absolutus cum alienandi potestate dominus, ut proinde

An caus. fisci causa principis propria.

* Jam de jure civili causa fisci tractabatur coram procuratore fisci *l. 2. §. 6. C. tit. ubi caus. fiscal.* imo MEVIVS *Parte IV. decis.* 185. hoc jus singulare, quod quis coram proprio suo judicio causam suam proponere possit, restringit ad illos dominos, qui JVRA FISCI habent, quasi plane FISCI FAVOR in causa esset, quod causæ dominorum & principum in processu non jure privatorum censeri debeant.

De for. fisc. jur. civil.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0164
DFG

inde princeps, si ipse immediate, aut mediate per delegatos suos domaniorum, in causa illa, de qua toties in judiciis suis inter possessores & fiscum disceptatum, secundum causæ merita, sive regulas justitiæ forte statui publico, & bonorum publicorum CUSTODI, qui fiscus & camera sunt, jus dicit, non tantum neminem injuria afficiat, sed quod sui officii est, agat. Quare si quæstionem non ita formas: an princeps sive ipse, sive per officiales suos in SUI fisci causa sibi jus dicere possit, sed citra invidiam sensu eodem, verbis licet diversis, ita: „utrum princeps, „ qui bonorum domanialium custos, atque tu„ tor est, in causa, quæ nervum rerum publi„ carum gerendarum in perpetuum tangit, vel „ ad imperii publici regimen atque exercitium „ spectat, in usum status publici citra alterius „ injuriam: „ jus sine inutilibus ambagibus dicere possit: in hujus quæstionis affirmatione nihil est, quod verum & æquum offendere possit Quæ omnia si ad dominum privatum applicantur, longe secus se habent. „ Nam de hujus „ judicio in propria causa quæstio ita concipien„ da: an privatus in causa propria, quæ revera „ SUA est, & in cujus decisione tantum respi„ cere solet ad SUUM commodum, liberum„ que dominii sui exercitium & affectuum suo„ rum opportunitatem, jus sibi dicere queat?„

Status controversiæ de judicio principis in causa FISCI &

de privati judicio in SVA causa.

Quod

Quod quæsitum nemini salva veritate, aut conscientia affirmare licet, adeo iniquitate vel ipsos oculos feriente. Quo vero evidentius fiat, quo sensu regula: fiscus utitur jure privatorum, vera sit, age! præcedentem sequamur ULPIANUM in dictis ab illo in *l. 6. de jure fisci*, *fiscus*, inquit, *cum in* PRIVATI *jus succedit, privati jure pro anterioribus suæ successionis temporis utitur, ceterum postea, quam successit, habebit privilegium* SUUM. Ceterum cum falsum sit fiscum in judicio seu processu promiscue haberi pro privato: quæ de creditore debitorem suum citante, terminum præfiniente, clausulam pœnalem addente, magistratus excipiendo ursit non egent responsione singulari, sed, ex hactenus in genere dictis facile solvuntur.

Responsio ad object. contra formal. proceff. princ.

§. XXXIV.

Restat ut post responsionem ad judicii formalia, jam objectiones magistratus ex jure & justitia desumtas refutemus. Initio objiciebatur TRANSACTIO cum RUDOLPHO AUGUSTO anni MDCCII. Ast hic tantum repete, quæ supra ad §. 10. not. * 4. ad vocem: TRANSACTIO monuimus. Scilicet titulum transactionis a magistratu perperam allegari tantum pro causæ suæ justitiæ specie concilianda & principis recuperatione

Responsio ad object. ex capite meritorum causæ ad I.

tione de injuſtitia accuſanda. Nam veram transactionem cum principe initam non fuiſſe, ſed totum reſcriptum non niſi principis liberalitatem, & gratioſam indulgentiam redolere, cum ex requiſitis transactionis, utpote quæ ſemper rem DUBIAM in jure noſtro ſupponit, quæ hic, cum de jure reluendi, & legibus, & contractu pignoratio manifeſtiſſimo innixo quæreretur, nullo modo in medio erat, apparet, tum ex ipſis litterarum & ipſius reſcripti verbis: „ GEBETHEN, daſs Wir aus beſonderer „ GNADE geruhen mögten auf eine uns gefäl„ lige Weiſe u. ſ. w. „ Nec obſtant verba: *güthlich vergleichen*, cum hic verbum: *güthlich*, idem ac id, quod ex mera gratia eſt, notet, quia verba reſcripti exponi debent ex verbis literarum ſupplicum, (quæ meram, ut hic factum, principis gratiam implorant) ut alias reſponſio ex interrogatione ſeu ſtipulatione: ita docentibus regulis bonæ interpretationis.

§. XXXV.

Præmittenda hic eſt quæſtio præjudicialis; utrum ſereniſſimis fratribus RVDOLPHO AVGVSTO & ANTONIO VLRICO jus fuerit circa vogteiam paciſcendi & eandem jure pignoris ultra vitam ſuam, vel ætatem filiorum ſuo

Utrum divi fratres potuerint diſponere de Vogteia etiam poſt fata ſua.

ſuorum principum cum effectu, & ita, ut ſereniſſimi ſucceſſores e latere venientes pactis promiſſisque ſtare cogantur, in alios transferendi? Ad hanc ſolvendam, tenendum eſt I.) VOGTEJAM eſſe jus oppido inſigne, quod in prima ſereniſſimæ domus Guelphicæ acquiſitione dignum creditum fuit, ut ipſi principes advocati eſſent, & Vogteiæ ſuæ jura exercerent, ut ſatis vel ſolæ literæ reverſales OTTONIS anni MCCXXXII. quas ſupra laudavimus, demonſtrant. II.) Eſſe idem VOGTEJÆ jus vel ex eo capite ſublimiſſimum, quia inter alia den Bluthbann continet, de cujus inſigni pretio, quodque ad regalia ſolius cæſaris regumque olim unice pertinuerit, conferri poſſunt a PRÆSIDE §. 2. 3. 4. 5. *ad Artic. II. Carolinæ* dicta. III.) Jus hoc vogteiæ OTTONI duci LEGE FEUDALI datum eſſe ab abbate Werdenſi pro SE, & LIBERIS SUIS. IV.) Itaque naturam & indolem ſucceſſionis vogteiæ eſſe, ut ſucceſſor feudalis ſucceſſionem non ultimo defuncto, ſed primo acquirenti debeat, qui hic, quantum ope literarum inveſtituræ atque chartarum reverſalium certo ſcire licet, dux OTTO eſt. * Unde ſequitur V.) quod ſucceſſor feudalis,

Reſponſ. ad II. III. ſequ. objecta.

* Nec obſtat, quod in reverſalibus Ottonis mentio fiat

dalis, ni filius, aut e descendentium numero sit, non præstet factum reliquorum agnatorum, per quos defunctos feudum in ipsum devolutum est. Jura & rationes *vid. in COCCEII differt. de feudal. heredit. mixto* §. 9. 12. 13. 26. 31. Porro VI.) neminem in feudo defuncti proprie loquendo heredem esse, sed successorem rei singularis, nisi defuncti filius, aut certe descendens, recte dicitur a COCCEIO *pag.* 49. *d. l.* VII.) Possessoris feudi jus, ni liberos masculos habeat, expirat cum ipsius vita *II. F.* 52. *vers. nemini licere PISTOR II. VI. v.* 2. 6. Nec VIII.) illi jus in re alienare fas esse *II. F.* 45. ni alienationem circumscribat intra metas vitæ suæ *II. F.* 55. Prohibita IX.) alienatione prohibitam etiam censeri oppignorationem, tanquam ad alienationem viam certum est. X.) Respectu obligationis successionis feudalis idem jus & eandem obligationem obtinere, sive quæras de op-

fiat der Vorfahren tam respectu abbatum W. investientium, quam respectu ducis Ottonis investiti. Deficiunt enim horum chartæ & documenta feudalia, ut non satis constet de tempore, modo, personis & ceteris huc pertinentibus distincte, verum in genere tantum pleniſſime constat von vorfahren, non autem, qua formula singuli investiti fuerint.

Quousque de investit. & succeſſ. feud. respectu vogteiæ magistr.

pignoratione primigenia, sive de jure creditorum per novæ sortis solutionem aucto. Verum XI.) hic respectu vasalli mortui eandem obtinere regulam: *resoluto jure dantis, seu debitoris, resolvi jus accipientis, seu creditoris.* Et hæc genuina juris feudalis principia utraque stirps AVGVSTÆ DOMVS NOSTRÆ GVELPHICÆ secuta, iisdemque usa est, cum post fata ultimi ducis lineæ Guelpherbitanæ FRIDERICI ULRICI ab hujus donatariis & creditoribus, ut sibi e defuncti terris bonisque satisfieret, plus vice simplici interpellaretur.

§. XXXVI.

Conclusiones. Ex his juris axiomatibus certissimo consecutionis filo sua sponte sequitur, sereniſſimos duces RUDOLPHUM AUGUSTUM & ANTONIUM ULRICUM jus pignoris, quod olim dux MAGNVS anno MCCCLI. magistratui Helmstadiensi concesserat, ne momento quidem ultra filiorum principum AUGUSTI WILHELMI & LUDOVICI RVDOLPHI gratioso suo rescripto porrigere, aut extendere potuisse, imo nec in incommodum agnatorum suorum jure invito verosimiliter voluisse. Igitur verius dicitur, inducias quinquagenarias in hoc rescripto indultas certe cum morte LVDOVICI RVDOLPHI

PHI sive finiisse, sive desiisse; ut proinde nulla fuerit idonea causa magistratui oblatam sortem, quondam a MAGNO duce acceptam, deprecandi, & de facta sibi injuria querulandi. Nec magistratus causam juvat, quod duces RVDOLPHVS AVGVSTVS & ANTONIVS VLRICVS pro se & heredibus, vor ihre Erben und Nachkommen, non tantum quinquagenarium usum voigteiæ spospondérint, sed, si magistratus suum promissum servaret, pro se & heredibus de nova quinquagenaria concessione & fruitione voigtejæ ipsam spem aliqualem fecerint, vel potius sermone indefinito: „ dagegen ferner ohngekränckt genieſſen, und dabey künfftig geschützet und manuteniret werden tollen, dixerint „ Nam nec hac clausula quicquam, quod jus sereniſſimæ lineæ jam regentis e lege feudali & ex hoc judicando contractu pigneratitio, olim anno MCCCXl. per ducem MAGNVM inito, ipsi quæsitum, data scilicet magistratui pignora, si ita visum a communi stipite nempe ducis MAGNI a magistratu reluendi, minuere, aut mutare potuisset, comprehenditur; cum agnatus agnato jus per legem aut providentiam majorum acquisitum auferre nequeat, *vid. II F 45. ibique DD PISTOR II. quæst. VI. num. 2. sequ.* & omnis facta ab agnato alienatio cum ipsius, filiique vita evanescat, *idem ibid. num. 6.*

Imo si accuratius perpendimus, *cap. 45. II. F.* quod filium adstringit ad præstandum factum paternum, in quod non consensit, si quidem feudum retinere vult: deprehendimus, quod illud non satis quadret ad rationes juris * 1. germanici, imo plane exulet in feudis landsassicis secundum usum cameræ imperialis, *vid. MEIERI jus feudal. pag.* 795. quæque multis argumentis & testimoniis egregie suffultus differit de *LUDEWIG cap. VII. de Obligat. succeff. in princip. Germaniæ.* Quamvis hæc omnia nostra facere non placeat. Nec enim in causa versamur, ubi filius abstulit, quod pater, aut avus dedit. Verum in præsenti specie F. A. sibi vindicavit VOGTEJAM, quam non concesserat magistratui avus A. nec pater F. A. Hic non JVRE HEREDIS, sed SVO executus L. RVDOLPHI citationis rescriptum, quo HIC clementissime magistratum antea de restituenda pro domaniorum suorum redintegratione, regaliumque suorum restitutione, vogteja sua monuit, nihil eorum egit, quæ filii officio repugnant. Nam quod X. loco ordine inter objectiones §. XIV. sequitur

Güther olim was vor Güther.

* 1. Nam fundi erant non v. c. Titii possessoris, sed: STAMM-GüTHER, quæ non nisi consensu integræ stirpis onerari poterant.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0172
DFG

tur de titulo vogteiæ, quasi nonnisi hereditario jure, quod titulum universalem, qui omnia commoda & incommoda defuncti involvit, in domo Guelphica haberetur & transmitteretur, egregie falsum est. Fuit vogteia primis suis initiis, quæ quidem plenius probari possunt, *2. jus per investituram in Ottonem collatum lege feudali, ut literis reversalibus ab ipso Ottone abbati datis, fide publica constat. Idem jus obtinuit quoque sub WILHELMO. Neque vero dein, utut anno MCCCCXC. omne jus, quod adhuc abbati post vogteiam in principes nostros translatam, supererat in civitatem, in complexu nova investitura transscriberetur, quicquam circa titulum juris vogteiæ immutatum; nec vogteia allodialis res facta est, nec nisi successionis feudalis jure, quod fideicommissariæ succedendi rationi simillimum est, extincta stirpe veteri Guelphica cum FRIDERICO VLRICO, in stirpem Cellensem Dannebergicam, quæ hodienum cum omnium proborum gaudio ex voto his regionibus imperat, transiit. Atqui successionis feudalis, *vid. pag.* 109. 110. *supr.* & fideicommissariæ ea natura ac indoles est, ut a successore neutiquam defuncti, sed legum pactorumque beneficio debeatur: unde eadem successores suos ab omni

*2. E documentis, quæ reperiuntur,

omni onere obligationi defuncti satisfaciendi liberat, atque immunes præstat. Porro quæ ulterius VI. hic de renunciatione contractus pignoratitii, reluitione, & recuperatione pignoris, die a serenissimis fratribus RVDOLPHO AVGVSTO & ANTONIO VLRICO dicto nondum penitus elapso, a magistratu commemorantur, respectu F. A. qui non descendit a R. A. nec ab A. V. non quadrant. Neque firmiori VII. fundamento stant, quæ magistratui de injustitia modi renunciationis, sive der Losung addere placuit. Nam I.) Serenissimus non motu proprio, nec quia ipsi tantum visum, placitum, sed revisis actis in hac vogtejæ causa ventilatis, perspectis documentis publicis ad oppignerationem quondam a duce MAGNO factam spectantibus, nec non adhibitis suis juris sapientibus, contractui pigneratitio renunciavit. Quæ renunciatio II.) mere extrajudicialis dici nequit, cum III.) facta fuerit e consilio jurisperitorum. Nec IV.) hodienum magistratus negare queat, se solummodo jure pignoris revocabili detinere VOGTEJAM. Nec V.) contendere possit, ut in infinitum habeat, vel, quod REVERA & in EFFECTU non satis auditus sit. Quibus ita se habentibus VI.) perperam plus strepitus & rituum judicialium desideratur in causa, cujus justitia respectu PRINCIPIS NO-

Respons. ad VI.

Respons. ad VII.

NOSTRI nullam prolixam cognitionem requirit, *argum. cauſ. II. quæſt. I. cap.* 17. *cap.* 23. *de Elect. poteſt. cap.* 3. *de teſtib. cogend.* Accedit VII.) quod acta principis cum conſiliariis cenſeantur, ſolemniter, adeoque & judicialiter acta, *CARPZ. P. II. reſp. LII. num.* 56. Nec hic objici poteſt, quod hæc regula reſtringenda ſit ad negotia, quæ principis non propria, ſed aliena, v. c. privatorum pupillorum ſunt, ſi circa has geſta princeps conſultus cum conſiliariis ſuis emiſſo reſcripto approbat. Jam enim ſupra monitum: cauſam fiſci regalis, vel onerum publicorum, non eſſe cauſam ipſius principis ſuam & patrimonialem, verum publicam & principatus.

§. XXXVII.

Porro VII.) gratis diſtinguit magiſtratus in credito pigneratitio inter contractum beneficum & oneroſum, addendo: ſuum e duplici capite ſortis ſcil. datione, quæ ſæpius poſt contractum primum cum MAGNO ſub ſucceſſoribus aucta, & viarum refectione ſibi oneroſum eſſe. Nam nihil hæc ad quæſtionem præſentem de reluitione & recuperatione vogteiæ, quæ non tantum jure naturali, civilique communi, & ipſa natura & indole pignoris nituntur, ſed quo- Reſponſ. ad object. magiſtratus VII.

que pactis ſpecialibus & ipſis oppignorationum inſtrumentis, quæ reluitionem mero arbitrio, & bene placito principum relinquunt, egregie corroborantur. Nullus contractus pigneratitius beneficus, ſeu gratuitus eſt. Nulla antichreſis reſpectu creditoris ſine ſumtibus exercetur. Vicisſim omne pignus recuperari, & relui poteſt, ut proinde nemo non videat, quantum a jurisprudentia alienum ſit, in vogteiæ reluitione & recuperatione, de titulo oneroſo, factisque ſumtibus aliquid comminiſci velle. VIII.) Plane ad magiſtratum non pertinet receſſus inter ſereniſſimum AVGVSTVM & reverendiſſimum D. abbatem Werthinenſem de vogteia nobili, Sereniſſimo, ut advocato nobili, in monaſterium S. Ludgeri competente, impoſterum per magiſtratum Helmſtädienſem excluſis præfectis Schœningenſibus, exercenda. Siquidem a) magiſtratus in transactione, de qua receſſus hic conſcriptus, non fuit inter partes tranſigentes, b) nec ipſi aliquid in receſſu promiſſum, nec c) ulla partium illuſtrium ducis & abbatis intentio, jura magiſtratus vetera augendi, vel plane illis nova addendi, apparet; ſed tantum d) ad rogationem D. abbatis præfectos Schœningenſes ab adminiſtratione & exercitio nobilis vogteiæ arcendi, atque magiſtratum executorem, ut a monaſterio requiſitus, vogteia ipſum adjuvaret, con-

Reſponſ. ad object. VIII.

constituendi. Unde e) evidens est respectu magistratus, nullum pactum juris vogteiici translativum in recessu deprehendi, nec magistratum hactenus ex jure per contractum, in specie per transactionem anni MDCLIV. sibi quæsito vogteiæ exercitio defunctum, verum ut judicem principi subditum, ex JUSSU Principis non detrectando, & ex specie delegationis vices principis subiisse. Atqui & jussus & delegatio revocari possunt a jubente, & delegante. Imo contextu inspecto, mens etiam domini abbatis potissimum fuit, ut se liberaret a præfectis Schœningensibus, non ut semper & in perpetuum vogteiæ exercitium ad magistratum pertineret. Neque vero sperandum est a magistratu, dominum Abbatem, si mutatio personarum, modo non in Schœningensium præfectos, sed in alium virum idoneum vicarium munus transferatur, inpræsentiarum continget, forte ex causa, quod magistratus tam bene de monasterio Ludgeriano meritus sit, pro magistratu operose intercessurum fore. Imo opinabilissime dicere licet: exercitium vogteiæ nobilis in monasterium delegatum fuisse magistratui urbico, quia jam jure pignoris utebatur vogteia principis urbica. Vnde satis congruum & decens esse, si accideret, ut Advocatiæ hactenus in una magistratus persona sociæ, a principe

quoque in migrrtione non ſociæ eſſe, ſed a diverſis officialibus a principe exerceri jubeantur.

§. XXXVIII.

Cur brevior ad reliqu. argumenta reſponſ.

Circa reliqua magiſtratus argumenta brevioribus nobis eſſe licet. Nam cum tantum rhetorica & a ratione ſtatus, ſive ab eo, quod magiſtratus intereſt, arceſſita ſint, & magis oculos, aut aures perſtringant, quam mentem afficiant, ſatis erit curſim reſpondere. Initio urgetur a magiſtratu, vogteiam eſſe gubernaculum navis regiminis Helmſtadienſis. Hic reſponderi poteſt aliquatenus argumentum concedendo. Sed inde non ſequitur, quod gubernaculum hoc neceſſario ad felicem navigationem, a ſupremo navis exercitore ubique ſit relinquendum manibus magiſtratus, nec, cum tamen SVVM ſit, alii magiſtro navis tradendum, cujus ope ſyrtes occultique ſcopuli evitari, & quidem ſi non meliori, certe non deteriori, quam hactenus contigit, eventu prætervehi poſſint. Dein quærere licet a magiſtratu, quomodo olim navigium civitatis, per plus quam unum ſeculum ſucceſſerit, cum magiſtratus nondum hoc gubernaculo eſſet potitus. II.) Auctoritas definiri ſolet: opinio de alterius potentia conjuncta cum virtute. Jam vero magiſtratus de PO-

Reſponſ. ad object. quod ſine vogtei. caderet magiſtr. auctoritas.

TEN-

TENTIA in cauſis ſibi a principe relictis non habet, quod queruletur. Nam a) princeps magiſtratui permittit uti ſua contra burgarios immorigeros civili coactione & cuſtodia, *vid. Reſcr.* Sereniſſimi FERDINANDI ALBERTI die VI. Maji, a. c. promiſſo ſimul ipſi, ſi majori, meroque imperio opus, per VOGTVM urbicum efficaciſſimo & promtiſſimo auxilio, verbis: daſs Sereniſſimus ihren Privilegien etwas entgegen zu verfügen, nie iutentioniret wäre. Hiernechſt ſelbige auch des Raths Obrigkeitliche Auctoritæt, ſo ferne auſer dem euch allein zuſtehenden Zwang, mit Burgerlichen Gehorſam, es die Nothdurfft erfordern ſolte, durch unſere Stadt-Vogtey und derſelben Beygehörungen, weitern Zwang und Ober-Gerichte, ſo weit es ſich gebühret, zu erhalten gnädigſt geneigt ſind. Quare magiſtratui de NECESSARIA POTENTIA ſatis proſpectum eſt, ut ſi modo ipſi alterum requiſitum, CONSTANTEM ſcilicet atque PERPETUAM ſuo officio rite fungendi VOLVNTATEM addere, ſeque intra jurium ſuorum cancellos continere, nec ea, quæ princeps ab ipſis inter expedienda non requirit, affectare velit, nihil ipſi ad JVSTÆ AVCTORITATIS complementum deſit. Vogteiæ & Schuldeſiæ eſt attendere JVSTITIÆ, ut cives ſuum cuique tribuant, vivantque JVSTE. Magiſtra-

tus autem munus pensumque est, civitatem curare, ut munda, ut elegans fiat, respectare opificia, commercia, ut indies magis excolantur, promoveantur, hospitia ut in gratiam & commodum peregrinantium ornatiora, & magis opportuna fiant, adeoque communi utriusque & ducalis & civici magistratus opera vera & genuina salus civitatis obtineatur. Certe III.) ab Academia magistratus non habet, quod metuat. Hæc enim jurisjurandi religione principi sanctissime suam addixit fidem, quod non tantum, ubi vel eminus & perlonginque de minuendis ipsius juribus agi, prævidere, aut suspicari potest, non interesse, sed quoque quoad ejus fieri potest, commodum & jura DOMINI sui promovere velit. Cujus sane promissi FIDEIQVE academia quotidie memor est, PRINCIPIQVE præstat, quæ PRINCIPIS sunt, non sinistram magistratus delationem verita, nec ejusdem exemplo * monita, sed in Deum religione & conscientiæ rationibus tacta, atque permota. Nec IV. eadem academia circa auxilia executorum ipsi ad executionem sententiæ criminalis ab Augusta domo promissorum, tam proterve delicatula est, ut præcise verbis, quæ in recessibus has copias auxiliatrices a magistratu urbico pollicentur, inhæreat, sed grata devo-

An magistratui ab academia imposterum metuendum.

* De quo *vid.* omnino §. 12. *cap. III. not.*

devotaque manu easdem a PRINCIPE accipit: VNDECVNQVE & a QVOCVNQVE magistratu suo armato, illas clementer mittere IPSI forte placeat. Nec Sereniſſimi compaciſcentes de receſſu inter ſe convenerunt, ut ædes ſuas magiſtratus ALTIVS extolleret, vel ut magiſtratum academiæ PATRONVM, aut protectorem efficerent, ſed ne circa executionem jurisdictionis criminalis academicæ, alicubi quid admitteretur, quod ſupremæ Jurisdictioni Sereniſſimi domini TERRITORII DVCIS noſtri clementiſſimi, præjudicium afferre queat. Tandem magiſtratus inter argumenta, quæ ſcopum non feriunt, ultimo hoc comminiſcitur, quod calculi ſubductio ortum non ab anno MDXCIII. quo HENRICVS JVLIVS imperavit, ſed a reſcripto gratioſo Divorum fratrum RVDOLPHI AVGVSTI & ANTONII VLRICI, quod ipſi perperam transactionem vocant, capere debeat. Quid enim hoc ad judicium recuperatorium ipſius VOGTEJÆ optimo jure a principe exercitum? Ceterum, altiori repetitioni calculi dictum reſcriptum non adeo obſtat. Quamvis forte non tantum magiſtratus, ſed quoque alii omnino exiſtiment dictum DIVORUM FRATRUM reſcriptum altiori calculo obſtare. Imo de ſolutione dicendi locus recurret commodior

dior infra. Aſt urgent, quæ de SCHVLDESIÆ recuperatione dicenda ſuperſunt.

§. XXXIX.

De Schuldeſiæ recuperat. olim tentata & quotuplex ſchuldeſia hic.

Quæ jura tam in genere & communiter, quam in ſpecie in Helmſtadio noſtro SCHVLDESIA complectatur, una cum urbibus, ubi SCHVLDESIÆ deprehenduntur, expoſuimus in antecedentibus. Jam dicere reſtat de judicio principum noſtrorum SCHVLDESIÆ recuperatorio. Cogitatum autem de SCHVLDESIA recuperanda & reluenda jam fuit anno MDLXXXV. d. XVII. Aprilis ſub JVLIO, iterumque anno MDXCIV. Menſ. Decembr. ſub HENRICO JULIO, ut conſtat ex protocollis commiſſariorum iſtius ævi. Occurrit apud nos gemina SCHVLDESIA, altera in neomarchia, de qua in charta HENRICI anno MIDXCV. *d. III. Jul. verbis*: da de Schulte und Sckeppen toſammen ſitten, und wat in des Bleekes Bocke vordeckend werd, ſchall Kraft und Macht hebben, ock ſtede und veſte geholen werden. Altera in ipſa civitate noſtra, audiamus de utraque magiſtratum noſtrum ex protocollo commiſſoriali de anno MIDXCIV. Menſ. Decembr. ubi ita ad commiſſarium Cancellarium: das Schultzen-Amt ſey zweyerley, eins in der Stadt ſo Pand,

Pand, das andere in Neumarck, und rühre von dem Abt von Werden her, vel, ut rursus magistratus in litteris die XXV. Aprilis MDXCV. ad HENRICUM JULIUM: Wir seynd nicht in Abrede, daſs wir von Eurer Hochfürstlichen Gnaden Hochseeligen Herren Vorfahren, Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg das SCHULTZEN - AMT IN DER STADT HELMSTEDT, vermöge Brief und Siegel haben, so viel aber das Schultzen-Amt in der Neumarckt betrift, finden wir die Nachricht, daſs unsere Vorfahren dasselbe von dem Herrn Abt ADOLPH von SPIEGELBERG anno MCCCC. welches Abt DIETRICH HAGEDORN anno MCCCCLXXIX. bestätiget und befestiget, auch darüber Siegel und Brief haben.

§. XL.

Utramque hanc alteram cum neomarchia, alteram separatim sibi asseruerunt Sereniſſimi noſtri glorioſæ memoriæ LUDOVICUS RUDOLPHUS & FERDINANDUS ALBERTUS, ille in citatione de reluendis pignoribus & liquidatione creditorum ad magiſtratum hic d. XXXI. Jan. MDCCXXXV. hic autem re ipſa per commiſſarios ſuos anno eod. die April. XVIII. Fuit quidem ſucceſſor patris Sereniſſimus CA-

Quid a Sereniſſ. L. R. & F. A. in recuperator. judicio de ſchuldeſia actum.

ROLUS noster initio vogteia contentus indulta magistratui ex mera gratia schuldesia sub conditione & lege tamen, ne quicquam occasione judicii recuperatorii amplius moverint, sed plene & absolute gratiosissimo schuldesiæ indultu contentus esset, & acquiesceret, nec ultra civilem jurisdictionem, quicquam exposceret. Enimvero cum magistratus hanc summam gratiam revereri nollet, & non tantum PRINCIPEM liberalissimum importunis libellis supplicibus fatigare, verum insuper sub specie præcipue distinctionis alibi notæ, attamen ad Helmstadienſia judicia plane non spectantis, inter judicia superiora, & inferiora vogteiæ jura affectare, justumque jurisdictionis statum turbare, aut plane invertere non desineret, merito princeps lege nova in perpetuum valitura veterem jurisdictionum Helmstadii formam præcedente anno MDCCXXXVI. die 14. Jul. reduxit, SCHVLDESIAMQVE jam olim SVAM cum vogteia sua, redacta ad antiquos fines jurisdictione magistratus, indivulso in omne ævum nexu rursus conjunxit, ut SIBI tandem ac magistratui SUUM restitueretur.

§. XLI.

Object. magistr. contra Schuldes. recuperationem in neomarchia

Dum hæc gesta justeque disposita sunt, plura obmovit magistratus noster, quæ jam sigillatim ex libellis suis Sereniſſimo exhibitis recen-

censebimus. Fiat initium a schuldesia neomarchica. Hic provocavit magistratus ad litteras abbatum ADOLPHI de SPIEGELBERG & confirmationem *1. THEODERICI de HAGEDORN anno MCCCCV. Recitabimus utriusque litteras in adjunctis sub I. Ast, litteris abbatum obstat

Z 2

*1. Quam parum causæ accedat alias confirmationibus audiamur ipsum magistratum Helmstadiensem, & quidem ex ore majorum suorum eorumque litteris supplicibus anno MDXCIV. ad ducem HENRICUM JULIUM in causa contra Neomarchenses hisce verbis: die überschickten copeyen haben weder titulum noch andere requisita, und können sich daher die Neumärcker keines dominii anmassen, auch können die nachherigen CONFIRMATIONES, nichts neues geben, sondern dasjenige, was sie zuvor gehabt, und NB. beweisen können, (quod in præsenti ratione schuldesiæ respectu magistratus Helmstadiensis nihil est) bestätigen, und also ihnen nicht zu dem Ende mitgetheilet worden, dass sie dadurch ein neues Eigenthum erlangen solten, wie sie denn auch sine facto prædecessorum nostrorum illorumque consensu (vel uti in præsenti ratione SCHVLDESIÆ scilicet sine facto & consensu principum B. L. quorum SCHVLDESIA fuit) nicht haben erlangen können.

Quæ confirmationum in jure nostro potestas sit.

ſtare videtur, quod illarum nullæ ſint authenticæ, II) quod opinabile non ſit abbates ſtatuere olim ſerio voluiſſe, de jure alieno, deque ſchuldeſia ad duces noſtros in neomarchia optimo jure ſpectante, III.) quod, ſi quid abbates hic tentarint, idem ad ſubreptiones & obreptiones magiſtratus tentaſſe credendum ſit. Reperitur quidem apud P. HAGENIVM, abbatem CONRADUM e comitibus de Gleichen plane denovo anno MCCCCLXV. poſt ADOLPHUM & THEODORICVM iterum SCHULDESIAM neomarchicam magiſtratui conceſſiſſe, ſed ipſe HAGEN fatetur, quod nec has authenticas viderit, verum audiverit tantum: daſs der Notarius Herr Heinrich Matthias den Brief auf St. Ludger verſiegelt haben ſolte, und dieſer deswegen, damit man nicht mehr von ADOLPHI und THEODORICI copeyen diſputiren dürfte, wo er das Original hingethan, zu befragen wäre. Enim vero nec utrum notarius Matthias unquam fuerit quæſitus, nec an dein quicquam reſponderit, multo minus an deſideratum authenticum apud ipſum deprehenſum fuerit, ullo modo conſtat, ut valde ſuſpicemur reverendiſſimos abbates nunquam unquam plene perfecteque magiſtratui neomarchiæ SCHVLDESIAM conceſſiſſe. * 2.

§. XLII.

* 2. Quare ſine dubio conſilium, quod pag. 141. HAGE-

§. XLII.

Quæ magistratus schuldesiæ urbanæ recuperationi objecerit.

Prolixior est magistratus in disputatione sua contra SCHULDESIAM urbanam ejusdemque vindicationem a Sereniſſimo noſtro anno præcedente factam, quasi contra fas & jus, contra æquum & bonum facta fuisset. Rationes quibus principis justitiam causæ in libellis supplicibus anno præcedente die 28. Aug. & 27. Septembr. dubiam reddere vult secundum exactam fidelemque recensionem sunt sequentes. I.) Magistratum plane ignorare reluitionem SCHVLDESIÆ hactenus esse tentatam, II.) ex charta ALBERTI de anno MCCCXI. a PRINCIPE adducta vix esse, ut reluitio defendatur. Nec enim III.) ALBERTUM ducem, qui tunc imperabat schuldesiam habuisse, quia illam nondum habuit pater ipsius ALBERTUS M. ut hic ultro in charta infra in adjunctis sub K recitanda confitetur. Nec IV.) isto tempore civitatem, si solam vogteiam excipis fuisse ducum noſtrorum; sed spectasse ad abbates Werthinenses usque ad annum MCCCCXC. Dein V.) GERHARDUM jurisdictionem civilem magistratus sine dubio præ-

GENIUS magistratui de quærendo Matthia dederat in fumum abiit.

sumtionem pro quolibet magistratu civico respectu jurisdictionis militantem secutum, sua sponte concesso a sententiis magistratus appellandi jure ad Magdeburgenses, luculenter agnovisse, ut VI.) evidens sit: ALBERTUM anno MDCCCXI. schuldesiam in civitate nostra magistratui nec quidem conferre, aut in pignus dare POTUISSE. Porro VII.) cum in charta Albertina anno MCCCXI. legendum non sit: NOSTRÆ, sed: NOVÆ * cumque camera VIII.) nondum probaverit sub SCHULDESIA jurisdictionem civilem comprehendi, præcipue civilem jurisdictionem in totam urbem, dici igitur quoque IX.) non posse ALBERTUM in charta sua anno MCCCXI. schuldesiam pro jurisdictione civili acceptam magistratui concedere VOLUISSE. Accedere ulterius X.) tot rationes æquitatis pro magistratu, quæ ipsum de civili jurisdictione bene sperare jubeant. Nam fuisse ipsum in quasi possessione jurisdictionis civilis quieta per plura secula jam vero possessionis in jure vim omnino esse maximam. Colorari hanc possessionem ex analogia juris municipalis communis, quod apud nos passim municipiis jurisdictionem in causis civilibus addicit, adeo ut talis municipii, quod tam exigua jurisdictione, qualis magistratus Helmstadiensis in rescripto de anno MDCXXXVI. d. 14. Jul. describitur, non extet exem-

* Novæ scil. marchiæ.

exemplum. Adeo scilicet incognitum & inauditum esse hoc noviter in medium prolatum municipalis jurisdictionis systema. Iniquissimum id circo esse magistratum tam antiquum b. f. possessorem, mox sine ulla judicii figura, causæque cognitione, creditique solutione ad petitorium & ad onus jus suum probandi molestum ablegare velle.

§. XLIII.

Enim vero haud difficulter refutari possunt, quæ hactenus magistratus commentus est. Nam quæ primum in genere proferuntur de injustitia & iniquitate commissa, illi facile deinde disparebunt, qui argumenta justitiæ pro PRINCIPE nostro allata & denuo nunc inde immiscenda, iterato studio repetierit. Igitur jam ad rationes magistratus singulas I.) non satis mirari possumus magistratus audaciam, qua statim in suarum rationum principio sibi nihil de reluitione schuldesiæ constare contendere potuerit, cum tamen hæc reluitio & olim sub JULIO & JULIO HENRICO tentata, & noviter a LUDOVICO RUDOLPHO in ipsis citationis litteris anno MCCXXXV. Mens. Januarii, clarissimis verbis, magistratui exposita fuerit. * II.) Perperam infertur: si pater ALBERTUS M. anno MCCLXXI.

Refutatio specioforum argumentorum magistratus.

Responsio ad rat. I.

Responsio ad rat. II.

* Et repetita in resc. MDCCXXXVI. Mens. Martii.

MCCLXXI. nondum habuit ſchuldeſiam, ergo nec filiùs ALBERTUS eandem habuit. Quidſi enim quis ita concluderet: LUDOVICUS XIV. non habuit ducatum Lotharingiæ, ergo nec eum jam habet LUDOVICUS XV: Pater ſereniſſimi FRANCISCI STEPHANI nunquam poſſedit magnum ducatum Hertruriæ, ergo nec ipſe FRANCISCUS STEPHANUS eundem poſſidet. Forte (utut nec hoc promiſcue procedat) inverſo ordine valeret illatio: quæ jure non habet filius, illa nec pater ejusdem jure habuit. Sed placet magis ſerio reſpondere magiſtratui, Ill.) eſto ALBERTUM MCCLXVII. ſchuldeſiam nondum habuiſſe, certum tamen eſt eundem ALBERTUM M. ſpem de jure foviſſe, fore ut extincto cum uxore Aſſeburgio ſchuldeſia potiatur. Deinde & abſonum & a delicto vix abeſſe videri, magiſtratum autoris ſui ALBERTI ſecundi jus poſt tot ſeculorum lapſum, poſt anteceſſorum ſuorum judicialem confeſſionem nunc temere laceſſere, aut inficiari velle. Ejusdem furfuris eſt ratio magiſtratus IV.) falſiſſimum ſcilicet eſt DUCES NOSTROS ante annum MCCCCXC. præter vogteiam nihil poſſediſſe Helmſtadii. Aliud ſane colligitur inter alia ex geſtis ſub GERHARDO, qui ſchuldeſiæ judicii ſpem jam anno MCCXXXVI. non invidit iisdem. De magiſtratu autem veriſſimum eſt, quod

Reſponſio ad rat. III.

Reſponſio ad rat. IV.

quod ante schuldesiam ab ALBERTO ipsi concessam, in causis forensibus non ultra jus dicere potuit, quam in charta GERHARDI continebatur. Inanis pariter est sermo senatus numero V. Primo enim quid juvare potest magistratum communis præsumtio, quod magistratibus regulariter amplior competat jurisdictio, quam PRINCEPS ipsi hic reliquit. Siquidem huic regulæ non tantum origetenus obstat jus WEICHBILDICUM, sed magistratus noster in specie respectu sui cogitare debet, quod præsumtio generalis cedat præsumtionibus & probationibus specialibus, ut hic CHARTÆ Gerhardi aliisque. Rem illustrabimus Quedlinburgensi exemplo sub N. * Dein magistratus non adeo jactare debet appellationem ab ipsius sententiis a GERHARDO forte læsis indultam, sed prima inspectio ipsi esse debet, quamnam jurisdictionem GERHARDUS ipsi concesserit. Nec enim jam sereniſſimus quærit, an olim a magistratu data fuerit quædam appellatio, sed an olim gavisus fuerit integra jurisdictione civili. Uttaceamus in char- Responsio ad rat. V.

* Selegimus autem Quedlinburgum, cum quod non adeo ab Helmstadio distet tum quod utraque civitas abbatialis. Gaudet cetera Quedlinburgum mera NOTIONIS, non jurisdictionis civilis specie, ut lectio Chartæ docebit. Quare ad Quedlinb. hic provocatur.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0191
DFG

ta GERHARDI tantum de appellatione a JUDICIIS Helmstadienſibus in genere, non de appellatione a judicio magiſtratus in ſpecie dici. Imo dicerem hanc appellationem magiſtratui magis obeſſe quam prodeſſe? Quia ſcabini Magdeburgenſes judicabant & reſpondebant ſecundum jus WEICHBILDICUM, quod parum favet affectatæ municipiorum jurisdictioni civili. Ut aſſerere liceret GERHARDI indulgentiam appellationis, ad ſcabinos magis cohibere & reſtringere voluiſſe, quam ampliare circumſeptam magiſtratus civilem jurisdictionem. VI.) Illud inventum magiſtratus, quod lectio chartæ Albertinæ anno MCCCXI. ſit emendanda, & loco: NOSTRÆ, NOVÆ reponendum & inſpectioni chartæ, & ejusdem productioni factæ, & confeſſioni majorum magiſtratus noſtri, & contextui non tantum repugnat, ſed tanquam falſa critica plane pœnam meretur, ut toties alibi in diſſertatione docuimus. Deinde quæ jura ſchuldeſia alibi complectatur, quæque & quidem neceſſario Helmſtadii contineat, quodque fere omnem jurisdictionem civil ambitu ſuo includat tantum non geometrice nos ſupra demonſtraſſe nobis videmur. Quæ ſi hic benevolus lector repetierit ſimul videbit, quam male magiſtratus a camera exigat probationem, quæ tamen reſpectu SCHULDESIÆ regulam, quod hæc ſecundum legem fundamen-

Reſponſio ad rat. VI. n ſenſu chartæ & probatione cameræ incumbente defumtam.

mentalem municipiorum germanicorum omnem civilem jurisdictionem ubique fere exhauriat, adeoque & præsumtionem, quæ a probando liberat, pro se habet. Et cur tantopere senatus significatum & jus schuldesiæ scire vult, cum tamen sciat ad suam cognitionem unice tantum pertinere causas pauciores, quas ipsis jam diu explicuit charta GERHARDINA. Cogitet itaque magistratus, quæ extra nos, nihil ad nos, accepimus in charta GERHARDI, quod nostrum est, abeamus in pace. Ulterius magistratus ex capite possessionis, cujus alias vim magnam esse non negamus, caput efferre potest. Nam Helmstadii dicere, magistratum a multis seculis jurisdictionem criminalem & civilem exercuisse, & possedisse, nihil aliud est quam dicere magistratum post tempora ducum ALBERTI & MAGNI possedisse * & exercuisse non suum jus, sed schulde-

* Civiliter scilicet nomine DVCVM debitorum, ut alias creditores solent, *vid. L.* 16. *de usur.* LAUTERBACH. §. 9. *de A. vel A. P.* itaque possessio civilis a DVCIBVS exercita, & retenta fuit per magistratum, ipse autem suo nomine CIVILITER nihil hic possedit. Nec obstat, quod creditor non teneatur jure nostro ante solutionem pecuniæ pignus restituere. Nam PRINCEPS liquidationem ursit, Quomodo magistr. jurisd. possident.

siam, & vogteiam. Quod enim olim non sic fuerit, nec magistratus ante chartas anno MCCCXI. MCCCLI civilem, nec criminalem jurisdictionem exercuerit, possederit, vel pertinacem docere & convincere potest charta Solonis Helmstadiensis GERHARDI anno MCCXLVII. toties & nunquam satis laudata.

§. XLIV.

Responsio ad argum. de possess.

Inest cetera possessioni sua ÆQVITAS, suumque jus. Plane omni etiam furum etiam latronum possessioni jus, hoc sensu, ut semper melior sit conditio possidentis, quam ejus, qui non possidet, inesse dicitur *l. 5. in fin. si usufr. pet. l. 2. l. 3. uti possid.* JURIS possessionis diserta mentio fit *in l. 5. §. 1. ad L. Jul. de vi publ.* Ut plane hoc jus extendatur ad possessorem, cui cum fisco res est, nec fisci sit quærere : *unde possides l. 21. l. 26. de jur. fisci* verum delatoris fisci sit, fundamentum suæ delationis probare *DD. ad dict. LL.* Enim vero quid hæc ad nostram speciem? possederit hactenus magistratus jurisdictionem civilem & criminalem esto! habet tamen fiscus cameræ principis pro se I.) quod SUO JURE

sit, & solutionem justam jam anno MDCCXXXV. realem obtulit, viciſſim magistratus in mora parendi fuit, & in contumacia hæsit.

JURE magistratus tantum possederit, possideatque jurisdictionem MVNICIPALEM, die Städtische oder Weichbildische jurisdiction, cujus septa & fines perspicue lex Weichbildica & charta GERHARDI definiunt & circumscribunt. VOGTEIAM vero magistratus a duce M. SCHVLDESIAM a duce ALBERTO secundo non suo dominii jure, non civiliter animoque sibi in perpetuum habendi, sed naturaliter revocabiliter & ex beneplacito principis reluentis possedit. De quo in contrarium contendere velle, foret contra solem, aut sine tropo, vel rhetorum figura: contra instrumenta publica in ipso magistratus archivo sancte custodita, & sub JULIO, HENRICO JULIO a majoribus magistratus recognita loqui & disputare velle. Porro, quod VOGTEIA criminalem, SCHULDESIA civilem jurisdictionem intra sphæras suas contineant e supra dictis evidentissime elucet. Nihil itaque hic probandum cameræ restat, omnia jam sunt probata, & quam probationem magistratus extus petit, jam intus in scriniis suis habet. Deinde favor generalis nudæ & meræ etiam malæ fidei possessionis, respicit tantum tertium actorem, cui nihil ad possessionem, quam petit, juris competit. Vicissim notorio domino mox cedere debet merus nudusque possessor. Quia possessio tantum prodest contra actorem, qui

De evidentia significatus schuldesiæ.

Respons. II. ad favor. possess.

non ex jure SVO, quod IPSE habet, ut tamen debet, sed ex rei non-jure, seu carentia juris, contendit contra regulas judiciorum, quæ volunt, ut actor rem petat, non ideo, quia apud reum sine jure est, sed quia ipse jus in rem habet.

§. XLV.

De exceptione magistr. systematis incogniti atque irregularis.

Ulterius perperam magistratus asserit systema in regula (Reglement) an. MDCCXXXVI. die XIV. Jul. definitum ignotum & irregulare, nec in ulla prvincia receptum esse. Nam sine dubio irregulare non est, quod cum regulis juris, tam communis, quam specialis & domestici convenit. Atqui systema, quod in civitate Helmstadiensi sint tres origetenus judices, Vogt, Schuldesius, magistratus, tria judicia, & tres jurisdictiones, convenit utique, tam cum lege Saxonica notissima municipali, quam cum speciali lege pragmatica GERHARDI, chartisque ALBERTI secundi, & ducis MAGNI. Nec non cum historia civitatis H. ut perfectum maxime regulare dicendum sit. Incertum porro, aut ignotum, certe imposterum dici nequit, utpote NOTORIETATE ejus satis hoc, & præcedenti anno in solem & apricum producta. De NOTORIO autem ita VVLTEIVS *vol. III. Conf. Marpurg. Conf. XXI. num.* 357. „ In noto-

„riis

„ riis & planis cauſæ cognitione ordinaria opus non eſt ſed ab EXECVTIONE initium fieri pot- „ eſt, & in notoriis non eſſe ordinem juris neceſſa- „ rio ſervandum, aut cuſtodiendum eſt textus „ in *clem. paſtoralis*, de re judic. & in c. ad no- „ ſtram *clem. 3. de jurejur. SPECVL. ſub tit. de li- „ bell. concept.* § *nunc dicendum num.* 10. *Dec. „ conſ.* 544. *num.* 6. *JOH. LUDOVICI deciſ. „ peruſ.* 67. *num.* 20. imo in notoriis non ſerva- „ re ordinem juris, eſt ſervaue ordinem *p. text. „ notab. in C. quæ LOTHARIUS* 2. 9. 1. *HIP- „ POL. MARSIL. in pract. crimin.* §. *ſecunda „ num.* 10. *ANCHAR. conſil.* 197. *num.* 4. „ *NATT conſ.* 540. *num.* 7. *vol. III.* quo faciunt „ quæ ſcribit *ANDR. GAIL. I. obſerv. pract.* 39. „ *num.* 3. dicens, quod in notoriis non expe- „ diat cognoſcere vel ſententiam proferre, ſed „ exequi. „ Præcipitantiæ proceſſus exceptio- nem ſatis ſupra ubi ex inſtituto de judicio recu- peratorio egimus, diſcuſſimus, *adde Conſil. Marp. III. XXI. CCCXXXVII.* De exceptione nondum ſoluti crediti agetur in termino ipſius ſolutionis & liquidationis. Reſiduum quod magiſtratui de- betur, & cujus reſpectu reluitionem nondum re- vera factam eſſe ultimo loco urget oppido exi- guum erit invento noviter oppignerationis SCHVLDESIAE, & VECTIGALIS ducis OT- TONIS de anno MCCCXX. inſtrumento, calcu-

Obſervatio in uſum cauſidi- corum.

Reſponſio ad præcipitant.

De reſtitutio- ne reſidui, ſeu reliqui crediti.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0197
DFG

culoque quid magiſtratus mutuo dederit principibus, quidque viciſſim redituum e vectigali antichreſis loco lucratus ſit, & in ſolutum acceperit facili opera jam per ſe ſubducto, aut ſubducendo.

§. XLVI.

Cur nunc de magiſtratus jure politiæ agendum.

Sed poſtquam de jurisdictione vogtorum ſchuldeſiarum & magiſtratus tam municipiorum in genere, quam ſpeciatim municipii Helmſtadienſis in ſpecie ſatis expoſitum eſt, pro ſcopo noſtro proque vindicanda nova hic anno MDCCXXXVI. die XIV. Jul. ex regula vetuſtiſſima GERHARDI legeque Saxonum municipali & Weichbildica deſumta & magiſtratui cum civitate præſcripta formula, proque tandem aſſerendo judicio ſereniſſimorum recuperatorio: finiamus caput hoc ſermone de magiſtratus noſtri POLITIAE jure. * Modo adhuc præmiſerimus PRINCIPEM præter ſchuldeſiam ſuam veterem, de qua hactenus, jam diu hic etiam conſtituiſſe SCHVLDESIVM, qui vice principis magiſtratui: den ihm untergebenen Rath, ut ſtylo reſcriptorum ducalium publico res expri-

Von dem Helmſtädtiſchen Gerichts-Schulzen.

* Nam ſub politiæ ſpecie ſæpius magiſtratus municipalis in poſſeſſionem jurisdictionis principis ſui involare conſueverunt.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0198
DFG

primitur, præsedit, & elogio eines Gerichts-Schultzen gavisus fuerit, quod jus hodienum nemo cordatiorum principibus in dubium vocabit. Ceterum pertinent ad politiæ municipalis doctrinam generalem, quæ supra *pag.* 17. *pr.* *pag.* 20. *pag.* 22. §. 6. *pag.* 31. 32. *pag.* 42. §. 12. ubi simul quoque hinc inde quædam de jure magistratus circa GILDAS inserta sunt, disseruimus.

§. XLVII.

Monitum de politia &

Primum autem & maxime necessarium monitum circa politiam municipalem est, ne politiam magistratus æstimandam quis putet e politiæ principis amplitudine, ad quam respiciunt reformationes politiæ imperii annorum MDXXX. MDXLVIII. MDLXXVII. quæ ingentem numerum capitum politiæ nobis sistunt, tandem tamen totius politiæ moderamen PRINCIPI committunt, *vid. Refer. imper. anno MDXLVIII. tit. ult.* §. 7. Nam municipalis politia in genere circumscribenda est terminis legis municipalis germanicæ, & in specie in urbe nostra Helmstedt: terminis GERHARDINIS. Proximo post hoc monitum loco II.) tenendum est, quod collegia (ita vocat *tit. de colleg.* burgariorum vniones & gildas,) si publico favore & ju-

De collegiis sive gildis.

re universitatum gaudere velint, publice & a principe approbata esse debeant *l.* 3. §. 1. *de colleg. ibique Doctores.* Porro III.) repetendum, quod eadem supra fuerit regula imperatorum germanorum de collegiis seu unionibus civium & burgariorum §. 12. *supr. p.* 41. ne forte consulibus suis fidentes citra principum suorum auctoritatem coirent. Imo ita IV.) nominatim GERHARDVS noster, qui gildis & unionibus Helmstadiensibus formam & ordinem dedit anno MCCXLV. quæ duo dein abbates ALBERTVS & BRVNO formarunt, auxerunt, retento semper a GERHARDO in chartæ suæ articulis posito principio: alle INNVNGE synd to empfahende von dem Abt. *BVNTING pag.* 177. Nec alius finis revera privilegiorum, quæ abbas BRVNO GILDIS nostris circa annum MCCCXC. indulsit, fuit, *vid. tom. III. R. Br. pag.* 602. Verum, ut facilius lector de statu GILDARVM nostrarum judicium ferre possit, describere quædam lubet ex HAGENIO nostro in hunc usum, & quidem secundum chronologiam, quam tamen nec ipse alias satis bene in chronico suo observavit; licet ætates distinguere, & secundum has chartas digerere initio promiserit.

§. XLVIII.

§. XLVIII.

Excerpta ex Hagenio de Stadt-Gilden.

Incipiamus hic, unde incipit ipsum HAGENII opus a GERHARDO I. Hujus est regula jam recitata: Alle Innungen sint to empfangende von dem Abt. Hic iterum utamur verbis & sermone nostri HAGENII: A. Gerhard verlovet den Smeden to kesen enen MESTERE, de RICHTE alle öre Bröcke und andere Swarenheyde anno MCCXLVII. Dein II) de Gildis refert: hebben anno MCCLI. VI. Idus Jun. Hans von Offleve (*vide chartam sub M.*) de Voged und Hans de Gogrefe effte Amtmann unde de gantze Rath to Helmstl bekennet, dat sei somige Hues hebben utgewyset to Helmstiden Knockenhauwers, dar se mögen Vleeschschernen affbuwen, und dry Iahr fry sitten vom tinse. III.) Anno MCCLVIII. in Sunte Augustinsdage hat Abt ALBERO (sive ut nos: Albertus,) van Werthen den Lackenmackers de macht eine GILDE to hebbende gegeven, ock dat se mogen enen MESTER setten under sek sülvest de alle ere Gebreke RICHTE, und öre Handel bestelle, und ifft valsch Wanth by weme gevunden worde, dat schal de sülve MESTER und anders NEIN Richter * I. midden ob

* 1. E. Auch Bürgermeister und Rath nicht. Licet videatur eine Gildesache.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0201
DFG

den marckede verbernen vor der gantzen Werlde. IV.) Hat auctore HAGENIO eben derſelbe anno MCCLXVII. an ſunte Remigiesdage den Knochenhauern ere Breve une Obſate von der SCHLECHTERY beſtädiget, dat wer darumme brecket, den ſall de BORGEMESTER gnädig ſtrafen und richten. V.) Pergit HAGEN, hat Abt OTTO von Werthen den Sradern verorlevet, dat ſe mogen eine Innung hebben, und holden oick EINEN MESTER mangkt ſek keſen, de de' ſchicke beſtelle, und RICHTE *2. wat ſe underlangk to donden hebben, ſunder vorſeringe, und vervangk ſyner Stichte rechdtlichheyde, dat. anno MCCLXXVIII. des Donnerdage vor ſunte Dionyſiusdage. VI.) Abt BRVN verorlôvet den Sradern: dat ſe mögen ſülve richten ere Gebreke, ut beſcheden kambare Wunden, nach der MESTER Eden, anno MCCCXCIII. laten Dage ſunte Steffens ſüner Vindingk. VII.) Anno MCCCC. des Sontags exaudi ſatte Abt ADOLPH van Speigelberg Item: erhebet ſek jenigk Gilde tegen den RATH in der Stadt nigken Markte, edder Oſtendorpe, ſo ſchall de Rath boven raden, und dar ſchall den Gilden ane nögen. VIII.) Abt ANTON verorlöwet den Rademakern to Helmſtl, dat ſe mögen

* 2. Rurſus nil von B. u. Rath.

gen ene Gilde hebben, ok enen MESTER keſen, de de richte alle Oberdredinge under ſek ſülveſt anno MCCCCLXXXIX. dominica vocem jucunditatis. Aſt audiamus IX.) quid circa gildas notandum poſt annum MCCCCXC. quo civitas noſtra per litteras inveſtituræ pleniſſime ad ducem WILHELMVM tranſiit. Reſpondet HAGENIVS noſter, HENRICVM ducem, cum anno MCCCCXCIX unter den Wandſchneider und Lackenmacher contentio eſſet, reſcripſiſſe ad magiſtratum: *Geven wy jw' van unſer Obrigkeit wegen vollekommene Macht und erlowen, dat jü de ſilvigen Partheyen der halben van einander ſetten &c.* Vnde collige, quod *cauſæ GILDARVM magiſtratui poſt anno MCCCCXC. tantum per modum commiſſionis ſpecialis aliquando delegatæ ſint*, (*vid. infra chartam ſub L*) X.) Ultimo, ni fallor, anno MDCCXIV. a Sereniſſimo ANTONIO ULRICO definitum eſt, ut gildæ non conveniant, niſi uno ex magiſtratu præſente, præſidente tamen, ut noviſſime a principe decretum & dirigente omnia in conventu urbis advocato ſeu Stadtvogto.

§. XLIX.

Aſſertiones ex HAGEN.

Ceterum ſi probe memini ex HAGENIO dictorum, recte mihi ex illis inferre videor

Assert. I. assertiones sequentes I.) quod seculo XIII. Helmstadii GILDÆ quidem dependerint ab abbate, nihilominus post vogtejam ducibus præcipue Ottoni MCCXXXVI. collatam semper respectum habendum fuisse, nequid fieret in præjudicium vogteiæ, unde GERHARDVS recte in sua charta, it. ifft hier ienig Artikel inne stünde dem VOGHEDE entgegen, dat schall unbündig syn. Juste quoque abbas BRVN a sartorum jurisdictione excepit vulnera campionum, i. e. quæ per carnem ad ossa penetrant. Ne scilicet gratia abbatum noceret vogteiæ, cujus
Assert II. erat horum vulnerum causas cognoscere. II.) Opifices olim secundum suam libertatem egisse citra jurisdictionem municipalem, ut ipsi inter se transigerent & excessus sociorum punirent, ut constat ex dictis Nro. I. III. IV. V. VI. VIII. licet tempore re-
Assert. III. centiori res immutari cœperit. III.) Magistratui nunquam CERTVM JVS circa POLITIAM & directionem gildarum fuisse quæsitum, sed v. c.
Assert. IV. ALBERONEM, vid. *Nro. IV.* tantum commisci laniones & quidem tantum, so weit ihre Schlächterey gehet. ADOLPHVM autem loqui tantum videri de TVMVLTV a GILDIS contra ipsum magistratum excitato, ut jure defensionis utatur, & tumultuantes in ordinem redi-
Assert. V. gat. V.) Tandem principes nostros post annum MCCCCXC. magistratu hic circa gildas tantum

tum usos fuisse, ut mandatario, aut delegato, satis hoc charta HENRICI *Nro. IX.* a nobis partem recitata demonstrante. VI.) Ex quibus omnibus consequens est, magistratui de dispositionibus & ordinationibus principis, qualescunque circa gildas fiant, jus querendi proprie dictum non competere. VII.) Omnium autem minime competere magistratui IVRISDICTIONEM in gildas, si quando jurgia illarum in ipsarum conventibus amicabiliter componi nequeunt, sed ad judiciarium processum (zu einer gerichtlichen Untersuchung, zum gerichtlichen Verfahren, zu einem würcklich gerichtlichen process) spectare incipiunt, aut quando res desiderat executionem judicialem. Illud enim turbaret ordinem in regula ducali anno MDCCXXXVI d. 14. Jul. ex Gerhardo de JVRISDICTIONE civili præscriptum, hoc autem obesset juri vogteiæ, ejusque imperio mixto. Quare VIII.) omne jus GILDARVM magistratus intra a) commissiones Sereniss. speciales & b) intra jus conventus Gildarum vogto præsidente respiciendi, & alia minoris momenti, tanquam stadium suum cohibendum est. Nec enim Policey-Recht, item Gilde-Recht, commiscendum est cum JVRISDICTIONE, quæ plane diversa juris species est & ibi incipit, ubi POLITIA cum consiliis, monitis, amicabilibus compositionibus, & regularum prudentiæ sapienti arbitrio applicatione

Assert. VI.

Politiæ non sunt, quæ jurisdictionis sunt,

ne definit; atque res ad tribunal, ad prætorem, vel plane ad fasces & secures propius spectare videtur. *

Caput IV.
DE
Nova Marchia, de regali vectigalis juste a principis camera recuperatis.

§. I.

De novæ marchiæ recuperatione cum objectionib. magistratus.

Pariter denuo sui juris fecit Princeps Neomarchiam cum suis commodis. Objecit magistratus: l.) possessionem ab anno MCCCVII. quietam & in hunc diem continuatam, ll.) titulum dominii translativum, chartam scili-

Exemplo collegii, quod politiam habet, jurisdictionem non habet.

* Nescio annon dicta commode illustrari queant v. c. exemplo collegii commerciorum principis, quod quidem suos consiliarios habet, sua consilia, suam directionem politicam, nec tamen certe qua tale, suam singularem JVRISDICTIONEM.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0206
DFG

licet ALBERTI ejusdem anni MCCCVII cujus hæc sunt : *Nos Albertus, Dux in Brunsuick recognoscimus publice protestando: quod dilecti Burgenses nostri in Helmstedt redemerunt a nobis novum forum apud Helmstedt & provinciam, quæ dicitur Goschop sub hac forma, quod per nos ALBERTUM, ducem in Brunsuick, & per heredes nostros NVNQVAM hoc ipsum Goschop & novum forum separabitur a civitate Helmstedt.* Quibus geminis & possessionis & juris allegatis se satis munitum credit adversus omnem fisci sive cameræ impetitionem, & ad ostendendum publico, quod tam in possessorio, quam petitorio intentionem habeat satis fundatam; vicissim autem per nuperum recuperatorium judicium ipsi insignis injuria sit facta, nihilque æquius sit, quam ut per vim ipsis ablatum novum forum otius citius restituatur, vid. litteras supplices magistratus ad Sereniſſimum die 20. Maji, anni præsentis MDCCXXXV. sub R. Enim vero nec per possessorium, nec per petitorium aliquid in jure obtinebit magistratus. Nam 1) possessio non est civilis, ut in præscriptione requiritur, 2) non est b. f. quia 3) magistratus scivit ex charta Magni filii ejusdem ALBERTI anni MCCCLI, quam non tantum testibus actis neumarck contra Helmstedt anno MDXCV. produxit coram judicio delegato HENRICI JULII, sed

Responsio ad object. magistr.

hodienum possidet, atque ejus exemplum principi hoc anno exhibuit tanquam adjunctum literarum supplicum ad SERENISSIMUM, quod magistratui olim MCCCXI. novum forum tantum PIGNORI sit datum. Iam vero jus pignoris non solum per se jure communi revocabile est, sed quoque hac in charta singulari clausula adjecta adhuc magis revocabile, seu reluibile effectum, & reluitio a MAGNI atque successorum bene placito suspensa est verbis: WEDER TO LÖSEN, WENN WE DAT TOEN KUNT. Deficiente autem 4) possessione civili cum possessione bonæ fidei, & jure principis incontinenti liquido, deficit quoque jus magistratus cum in possessorio, tum in petitorio. Duo enim tantum sunt tituli, quibus apparenter se in petitorio tueri potest magistratus jactitata scilicet Abbatum Werthinensium, ADOLPHI & THEODORICI concessio, & allegata præscriptio, qui tamen uterque argumentis nostris hactenus adductis probe attentis, ponderatisque per se suaque sponte facile corruitconciditque. E contra autem jus recuperationis Serenissimi & totius augustæ domus adeo in tuto atque luce positum est, ut lector etiamsi hactenus plane nihil pro justitia judicii recuperatorii dicere potuissemus, nihilominus omnes magistratus injustitiæ suæ nebulas nubesque confestim dispellere possit.

Nam

Nam I.) quod jus Principis in neomarchiam, quam allodii *1. jure tenet domus Guelphica, non nisi jure pignoris accepta pecunia inciderit in manus magistratus, docet instrumentum contractus inter ducem MAGNVM, & magistratum anno MCCCLI. am Palm-Daghe verbis: wy hebben GESED und SETTEN in desen Breve dem Rade to Helmsted de Voghedie in erer Stadt und den Nienmarck mit alle, wo wy de gehad hebben, & dein: dieweil dat dese SETHINGE wared. II.) Quæ verba toties repetita, sunt verba contractus pignoris, in quo dicimus: setten, versetten. Ne autem III.) scrupulus

Ius magistr. in neomarch. est pignora. tit.

*1. Allodia illustrium præcipue jure germanico æque inalienabilia sine heredum consensu, quam feuda, estque in illis successionis fideicommissariæ species, quæ non præscribi potest contra illum, quem nondum tetigit successionis ordo, vid. quos citavit PRÆSES *in Specim. tit. de jur. alien. pag.* 170. *de Hagestoltz. pag.* 64. 65. 68. *& de jur. agricult.* Ut proinde, qui contra illustres disputat, si hi jure suo uti volunt respectu bonorum allodiorum avitorum, quæ revera fideicommissis analoga sunt, non multum lucretur, si probet v. c. prædium principis non FEUDUM, sed ALLODIUM esse, cum allodia quondam non multum facilius, quam feuda ex familia abire & alienari possint.

Allodia olim inalienabilia.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0209
DFG

Commentar. ad verba char. æ MAGNI.

pulus reſtet, annon forte voces: de Voghedie in öhrer Stadt, und dem Nienmarck, conjungendæ ſint hoc ſenſu, quod MAGNVS dux magiſtratui pignori dediſſet vogtejam ſuam, tam in urbe, quam ſuburbio ſibi competentem, ut hodie magiſtratus, neſcio an ſerio contendit, quaſi princeps non res duas diſtinctas: & vogteiam, & novum forum, ſed rem unam, vogteiam IN NOVO FORO magiſtratui oppignoraſſet: ipſe dux MAGNVS ſermonem ſuum, qui ambiguus præcipue rixoſis apparere poterat, clariſſimum circa finem verbisque evidentiſſimis plane indubium reddit, atque de binis rebus, vogteia ſcilicet & NOVO FORO exponit. Nam de reluitione ita pergit: we eder uſe Erven (quos inter etiam noſtri duces hodierni recuperatores) mügben ock dieſe verſprockene Voghedie und den Niemarcked (minime autem die Voghedie, UP, vel IN DEN Niemarck) weder löſen, wenn us dat even kumt. Dein 4) contractus hic, quia mutuo principis & magiſtratus conſenſu eſt initus, & traditione atque acceptione mutua conſummatus, V.) a principe HENRICO JULIO fundamenti loco anno MDXCIV. poſitus, porro VI.) idem contractus cum MAGNO tempore contractus ALBERTI de anno MCCCVII. longe poſterior eſt: neceſſario ALBERTI contractum alterat, atque eo ipſo, quo

quo emtionem in pignus, jus expreſſe irrevocabiliter conceſſum, in revocabile expreſſe transformat, plane tollit. Siquidem VII.) intereosdem contrahentes poſterior contractus, ſi priori e DIAMETRO contradicit, pro lege eſt. Neque vero VIII.) ſcrupulus ex doctrina de novatione hic movendus, cum contradictoria ſe mutuo per ſe tollant, nec partes ſimul revocabile, & non-revocabile conſtituere, aut ſibi invicem repugnantia promittere poſſint, nec jura civilia naturam rerum, regulasque univerſaliſſimas, V. C. *duo* CONTRADICTORIA *ſe mutuo tollunt*, nec ſimul ſubſiſtere poſſunt, invertere valeant. *2. Tandem IX.) qui fluctus in ſimpulo hic contra procedendi formam moventur, jam ſupra diſcuſſi ſopitique ſunt: cum principi utique fas ſit, in ſuis etiam cauſis ſuis judicibus uti, & ubi IUS, FACTUM PACTUMQVE evidentiſſima adſunt beneficio proceſſus ſummariiſſimi frui. Neque vero ex improviſo & abrupto

De jure principis in cauſ. evidentibus & quid

*2. Quicquid jure civili de novatione, quod ſcilicet binis actibus I.) prioris obligationis ſublatione & II.) poſterioris conſtitutione docent, & quod utraque vivam demum novationem abſolvat, præcipicat; quamvis nec his ſatis doctores concordent, *vid* SCHILT. *tit. dict. rurſur.* §. 23. 24. WERLHOFF. §. 16. *diſſert. de novat.*

Reſponſio ad tit. de novat.

rupto princeps neomarchiam magistratui nihil tale cogitanti sola vi eripuit, sed ut alias in judicio fieri solet, magistratum de instante neomarchiæ reluitione, quæ principi optimo maximoque jure competebat, quamque magistratus tam ex charta MAGNI, quam ex prolixis actis HENRICO JULIO imperante coram commissione de neomarchia actitatis, discere poterat, ni jam ipsi notissima fuisset, interpellavit, & simul in eodem gratioso rescripto anno MDCCXXXV. die XXXI. Januarii, ut tandem calculum subduceret, statum debiti creditique descriptum principi intra bimestre spatium exhiberet, jussit, cum oblatione gratiosa, quod princeps ipsi sortem quondam MAGNO creditam, modo magistratus diem ipsi dictum non per contumaciam desereret, restituturus esset. Quid ergo reliquum erat, quam ut princeps tam proterve spretæ benignissimæ citationis injuriam promta clausulæ pœnalis executione vindicaret? Quare fiducia justitiæ causæ principis speramus, plerosque omnes bene de illa judicaturos. Nec ipsi aliquid in judicio principis recuperatorio nobis protuliſſe videmur, quod se non probet veris juris sapientibus, & cujuslibet extra affectum partium positi conscientiæ.

a principe nostro L. R. Lit. actum.

§. II.

§. II.

Porro, quod attinet chartam ALBERTI de anno MCCCVII quam magiſtratus pro demonſtrando ſuo imaginario perpetuo dominio in apricum produxit, hæc charta non tantum charta recentiori filii ALBERTI ducis MAGNI mutata & ſublata eſt, ſed argumenta quoque adſunt urgentia, quæ dubitare faciunt, annon forte charta Albertina, licet anno MCCCVII. ſcripta ſigillataque dicatur, in cancellaria tamen, vel alibi otioſa delituerit, & certe non ætate ALBERTI, & ante annum MCCCLI. quo filius MAGNUS novam chartam ſine mentione chartæ paternæ ſcripſit, expedita *1. fuerit, vel ſi expedita, annon hæc expeditio ſub & obreptitie facta videatur, item annon jam ante anno MCCCLI. omnia chartæ contenta ab ipſo ALBERTO revocata, vel quoque ſuſpectiſſima perpetua venditio pretii reſtitutione ſub ipſo ALBERTO reſoluta, & in pignus transverſa. Sane, ſi omnia bona fide geſta, nec charta tantum ſigillata, ſed etiam auctoritate principis anno MCCCIX. expedita, & a magiſtratu accepta fuiſſet,

Reſponſio ad chart. Albert. cum commentar.

*1. Quid: EXPEDIRE in cancellariis v. c. fin. formula: *expediatur ex hodierno* non eget explicatione.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0213
DFG

fuiſſet: non videre, multo minus comprehendere datur, quomodo & quibus ex cauſis magiſtratus, qui tam ſalubrem ſibique proficuam ALBERTI chartam, quam adhuc in manibus habebat, quæque titulum dominii translativum perpetuum continebat, & quidem non gratis, ſed nova data pecunia cum charta MAGNI, quæ magiſtratui non niſi pignus quovis momento revocabile relinquit, improvido profecto conſilio commutaſſet. *2. Itaque quocunque ſe æquus &

Expoſitio verb. chartæ MCCCVII.

*2. Imo & illud monendum, in charta MCCCVII. legi: dilecti BVRGENSES noſtri in Helmſtedt, non: CONSVLES & SENATUS, ut oppigneratio nicht dem Rathe, ſed: den Bürgern facta videatur. Scio noviſſime a magiſtratu (von dem Rathe) ad principem ſcriptum, magiſtratum tanquam burgariorum caput, eſſe BVRGARIAM REPRÆSENTATIV. Aſt hic repono I.) verba: DEN VON HELMSTEDT in genere poſita in chartis quidem regulariter utrumque burgenſes & ſenatum comprehendere. Verum II.) verba: DILECTI BVRGENSES eundem ſignificatum habere in chartis noſtris, ut etiam ſenatum comprehendant, vix puto, ut autem plane SOLVM ſenatum notent, nunquam credo. Imo quod III.) ſolus ſenatus revera ſit civitas repræſentatitia, non magis perſuadeor, quam

De ſenatus jure repræſentat.

quod

& prudens lector utriusque chartæ vertat, non reperit, quomodo causæ magistratus neomarchicæ non dicam præsidium, sed ullam speciem inde accersere queat, cum adeo fides & valor hujus chartæ langueant imo deficiant. *3.

quod secundum evangelium SOLVS episcopus sit ECCLESIA REPRÆSENTATIVA. Ni enim aliud in jure constitutum alicubi, civitatem repræsentant ANTISTITES civium, Vierthels-Meister, Achtmänner, vel quocunque nomine in loco appellentur, cum senatu. Itaque IV.) si benignissime agendum cum senatu: dicendum est, verba: DILECTI BVRGENSES, continere conjunctim: Bürger und Rath. Adeoque V.) si (fingamus per impossibile) charta ALBERTI anni MCCCVII. omni exceptione major foret: nihil ominus illa nonnisi partem ad jus commodumque senatus spectaret.

*3. Ceterum ex actis Neomarchicis de iis, quæ a magistratu Helmstadiensi coram commissione ducis HENRICI JULII acta sunt, isthoc tempore, placet hic annotare sequentia. I.) Quod magistratus HENRICO JVLIO falsas obtulerit preces: „ als ob (prout verba in sermone patrio in literis „ supplicibus magistratus fluunt) die Neumärcker sie „ den Stadtrath ihres ersessenen und erkaufften do- „ minii (quod tamen nunquam magistratus emit „ habuitque) des Neumarcks zu entsetzen, zu spo- „liiren

De bona fide in magistratu in actis Neomarchicis in fine secul. XVI. desiderata.

§. III.

Quid restituere debeat magistratus?

Neque vero magistratus in restitutione novæ marchiæ levioribus conditionibus dimittendus est, quam ut restituat omnia, quæ ipsi quondam ab ALBERTO, & MAGNO oppignorata

„ spoliiren und zu priviren, ihnen ihre Rechte „ zu intervertiren, und ihrer possession Eintrag „ zu thun, gedächten.

II.) Quod burgenses Neomarchicos seducere voluerit magistratus, ut in literis reversalibus, quas tunc ab ipsis ratione continuationis restaurationis des Lœbenblecks exigebat, contra homagium principi præstitum insereret: „ ob „ wäre die Neumarck dem Rath zu Helmstedt „ eigenthümlich, und von denen Hertzogen zu „ Braunschweig und Lüneburg von dem Rath „ gekauffet. „ NEOMARCHICIS autem jus competeret simile juri Gibeonitarum olim inter judæos, de quo JOSUÆ IX. ibique CLERIC. *in f.* vel nullum in eadem, sed v. c. Löbenbleckium tenerent, ut magistratus Helmstadiensis administratores, ut Neomarchici in dictis actis veteribus passim queruntur.

De verbis: PROVINCIA, GOSCHOP.

III.) Quod illuserit quoque HENRICO IVLIO contortis explicationibus verborum chartæ ALBERTI: PROVINCIÆ & GOSCHOP, quasi provincia:

rata sunt. Scilicet provinciam, sive den GOSCHOP, ut habet formula oppignorationis ALBERTI MCCCVII. & dein Neomarchiam ejus-

cia: CAUPONAM, GOSCHOP autem in specie: cauponam, quæ vulgo Löbenbleck dicitur, notet; huic enim quondam hæsisse nomen GOSECOPII, vel ut Saxo superior: des Gänsekopfs. Licet idem sibi parum constans PROVINCIAM ibidem exponeret: per CURIAM judicialem, ut etiam novissime præsens magistratus, judicium olim in Löbenbleck habitum, & exinde advocatum, seu vogtum, qui præsidebat, dictum fuisse: der Gosekops Hüter: quo, an quid excogitari possit magis ridiculum, & magis absurde malitiosum ambigimus. Cum tamen provincia nihil aliud ibi notet, quam ipsum: Goschop: hoc autem verbum idem significet, quod: *Gowschafft*, sive *Land* vel Landerey, unde de fundis dicitur: guth Land, böse Land. Ut proinde charta probabilissime sit intelligenda de AGRIS *fundisque* quibusdam, sive integro prædio quodam extra urbem in Gowa sito, utut jam ob œconomiam magistratus non satis bonum universitatis respicientem ignoretur, quinam agri, aut quodnam prædium magistratui anno MCCCVII. ab ALBERTO concessum fuerit; prout recte jam ante hos centum annos observarunt SCABINI NEOMARCHICI in iisdem actis, ubi ita

anno

demque jura & commoda reliqua, quæ olim ducibus noſtris ratione Neomarchiæ competierunt, nec unquam in perpetuum alienata ſunt, vel

anno MDXCIV. die tertio Decembr. coram commiſſione principis: Goſcop könne keinen Krug oder Schencke heiſſen, provincia heiſſe auch kein Krug, ſondern ein Orth Landes vor der Stadt. Conſentit ipſum primitivum GAU, ut in germania ſuperiori, ſive: GOW, ut in Germania inferiori effertur, nihilque aliud notat, quam locum extra urbem, qui: RVS apud latinos dicitur. Sic in Ordinat. notar. tit. von Teſtamenten §. 2. de teſtamentis ruſticorum, ita: auf dem GAUW, wo Bauren Teſtamente machen. confer. DU FRESNE, verbo: Goba, SCHILT. in Gloſſar. voc. Gaw, Gew, Gow. De latino PROVINCIA multa dicere non attinet. Fatemur provinciam vi vocis apud latinos non notaſſe agros, fundosque ſingulorum, verum ingentem & ampliſſimum terræ tractum, imo v. c. Galliam, quæ hodie ſintegrum regnum, flexa tamen, ſi non plane contorta hæc vox eſt per monachos in medio ævo, ut PROVINCIAM dixerint fundum, prædium, diſtrictum & reliqua ad imitationem noſtræ vocis: Land, quod nunc integrum regnum, ducatumque, ut Bœhmer-Land, Francken-Land, nunc exiguum fundum, ubi verbi cauſa crambe colligitur, efficit, ut

De voce provincia.

vel ut in documento oppignorationis ducis MAGNI: den Neumarck mit alle den Rechten, alſe we den gehad hebben. Nam ita lex pignoris tam civili, quam gentium jure jubet. Datur enim res, quæ hypothecæ ſubjicitur tantum hac mente & in hunc finem, ut creditor ratione ſortis mutuo datæ ſecurus ſit. *Confer. diſſertat. THOMASII de different. pignor. pactique de retrovendend. Dn. D. de HAKE diſſert. Gröning. habita de jur. pignor. cap. I. p. tot. Dn. PRÆSES in Specim. tit. de contr. pignor. §. 1. 2. 3. Jequ.* ubi rationes & LL. Unde axioma:

ut probant compoſita Kraut-Rübe · Land. Per caponam autem, vel: caput anſerinum expoſuit præter philologiam magiſtratus Helmſtadienſis, quantum recordor, nemo. Ceterum ſunt, quibus: GOSCHOP judicium notat, ut ſæpe laudatus HAGEN, cujus gloſſema ad chartam noſtram eſt: GOSCHOP dat is eyn LANTDING, quod etiam aliis ſe commendavit, ob exempla alia KNAVTHII *in antiquit. Ballenſted.* Aſt HIC: Land reddere placuit tam ob vocem adjunctam: PROVINCIAM, quam ob teſtimonium Neomarchicorum, quos inter & JCti & cauſidici, & homines de turba, ruricolæque pertinaciter vocum ruri, & in GOIS uſitatarum ſignificatui vulgari inhærentes.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0219
DFG

ma: * *quodcunque jus necessario cohæret cum securitate*, v. c. *jus vindicandi pignus*, *illud creditor habet*; vicissim, *quodcunque jus cum securitate necessario non cohæret*, *illo nec creditor de jure utitur fruitur*, v. c. *jus fructus pignoris omnes gratis devorandi*, *jus pignus minuendi*, *vel partem ab illo decerpendi*, *sibique retinendi*. Dein nihil magis naturale est in pignore, quam ut a debitore instrumentum pignoris creditori tradatur, & ab hoc custodiatur, cum ita rursus præcipiat ratio SECURITATIS, ut sensus communis docet. Atqui ex his binis axiomatibus tam evidens atque in proclivi est, quod magistratus ex asse, & exacte principi teneatur ad restituenda omnia, quæ in instrumentis nominata sunt, quam regula arithmetica: bis duo esse

An dentur in jure axiomata.

* Observa: dantur in jure nostro utique axiomata, sive regulæ ex definitionibus; & ideis jurium immediato nexu fluentes atque per se creditu dignæ, sed pauciores, ut demonstratum *in dissert.* BOEHMERIANA *sub præsidio* DN. PRÆSIDIS *habita*, *pag.* 5. *sequ.* Ad dissentientes autem plura axiomata in jure sibi passim deprehendere visos applicamus, quæ acutissimus CLERICUS nuper defunctus de amasiis absoluti decreti alicubi observavit: ces gens la etants si entetés, & prevenus du decret absolu le croient trouver par tout.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0220
DFG

se quatuor. Nec juvabit magistratum dicere, se nescire, quid sibi velit vox in charta MAGNI occurrens: GOSCHOP, vel causari, GOSCHOP & GOSEKOP inter synonyma haberi, aut alias nænias afferre, de quibus in antecedentibus. Primo enim certum est, GOSCHOP in genere notare: Landgüther, Ländereyen, nec inficiari posse magistratum, majores suos quondam talia a principe accepisse, quia simul anno MCCCLI. hoc coram principe fassi sunt. Nam si non accepissent: GOSCHOP sive rura extra urbem sita, & ad dominium principis pertinentia: pro illa, qua semper fuerunt senatores astutia, sine dubio recusassent acceptionem instrumenti oppignorationis expresse contrarium affirmantis. Ergo senatorum & magistratus est, sufficienter probare, quid de GOSCHOP, ruribusque & fundis illis statutum a majoribus suis, quorsum abierint singula, quibus alienaverint hæc rura, hos fundos, qui certe abire non potuerunt, & aufugere tenuis ceu fumus in auras, sed utique sui memoriam apud alienantes reliquerunt. Eadem dic de juribus & commodis Neomarchiæ adjicialibus reliquis; præcipue cum JULIUS filiusque HENRICUS JULIUS per commissarios & consiliarios suos in judicio vergente seculo XVI. magistratui satis objecerint: quod extent literæ pignoratitiæ plures, & distinctæ de rebus

rebus oppigneratis, quarum custodia utique ad magistratum spectavit, ut easdem suo tempore jussus edere posset. Quare si ulterius editionem detrectet, & non nisi ignorantiam rerum oppigneratarum simulare, aut illusiones allegare pergat: non invidebit principi, si non potest recuperare idem, recuperet tantundem, quod morali æstimatione idem est, atque in redhostimentum & compensationem fundorum, atque rurium, quæ olim sub nomine: GOSCHOP venerunt, jam culpa & facto magistratus amissorum, sibi asserit, quæ magistratus extra urbem adhuc reliqua hactenus possedit.

§. IV.

De vectigalirationes magistratus.

Sequitur nunc telonium, sive vectigal, quo hactenus usus est magistratus, & nuper regalibus suis asseruit princeps, quod non sine injuria & ademtione injusta juris sibi semel quæsiti contigisse, contendit magistratus. Initium recensionis argumentorum, quibus usus est pro tuenda thesi sua, quod vectigal optimo jure suum sit, faciamus ab eo, quod tempore antiquissimum & ex MEIBOMII chronico Marienthalensi, ibique recitatis literis scabinorum Helmstadiensium petitum est. Habentur hæ literæ apud MEIBOM. *pag.* 230. per epitomen, &

Ratio I. Chronic. Marienthal. Meibomii.

& integræ *pag.* 260. ubi ita: Helmstadienses scabini in litteris suis testatum faciunt, *quod fratres Mariæ vallenses opinionis suæ, per sanctæ conversationis studia bonum odorem longe lateque spargant, & ab omnibus, qui eis vicinitate junguntur, honore simul & amore digni habeantur. Ideoque, ut laborum ipsorum meritis subleventur, dant eis permissione sua, ut quicquid intra terminos suæ civitatis donatione vel emtione conquisiverint, sive domos aut areas, libere possideant, & suscipiant nihil eorum, quæ JUS CIVILE requirit exsolventes.* Commentarius magistratus nostri ad has literas hic est: „ zu „ dieser gnädigst confirmirten Gerechtigkeit „ gehöret nun wohl fürnehmlich das jus telo„ nii, so der Rath zu Helmstedt etliche hundert „ Jahre exerciret hat, mithin in dessen posses„ sione vel quasi über Menschen gedencken be„ fangen, wie denn MEIBOMIUS *Tom. III. de „ origine Helmstadii pag.* 230. item *in Chronico „ Marienthalensi, pag.* 200. angemercket, dass „ senatus Helmstadiensis in der possessione vel „ quasi des Zoll-Rechts einige hundert Jahr, „ und also über Menschen gedencken sich befun„ den, gestalt derselbe allbereits anno 1232. „ und also vor fünff hundert Jahren denen Ma„ rienthalischen Mönchen eine GEWISSE im„ munitæt von allen in der Stadt und *deren* di-

Sub jure aut onere civili an Zoll contineatur.

„ ſtrict erkauften Sachen ertheilet habe, wor
„ unter wohl OHNE ZWEIFEL die Zoll-
„ Freyheit mit zu verſtehen, geſtalt auch das
„ Cloſter Marienthal, ſamt den dazu gehöri-
„ gen Dörffern poſt reformationem und bis auf
„ jetzige Zeiten ſolche immunitæt von allen zur
„ Haushaltung und conſumtion eingekauften
„ Sachen genoſſen, ſenatus Helmſtadienſis hat
„ hingegen von ſo vielen langen Jahren her
„ mit denen Zoll Einkünfften den Weg und
„ die Zoll Straſſe intra diſtrictum telonii von
„ Hohnsleben bis zur Trendel, Amt Fallersle-
„ ben, über eine Meile Weges repariren, auch
„ noch im vorigen Jahre die Hohnslebiſche
„ Brücke renoviren laſſen. „ Vis argumenti eo redit: Scabini ſive conſules Helmſtadienſes jam anno MCCXXXII. ſolutionem vectigalis remiſerunt monachis Marienthalenſibus, ergo iidem jus exigendi vectigal ante hæc quinque ſecula habuerunt. Quod vero hæc remiſſio facta, non tantum per chartam MEIBOMII, d. l. ſed quoque per uſum hodiernum, ſecundum quem hodienum monaſterium a vectigali de rebus uſui quotidiano & domeſtico inſervientibus alias ſolvendo, immune ſit, ſolidiſſime demonſtrari. Ceterum pro ſenatu etiam reparationes viarum loqui & æquitatem cauſſæ hujus tueri. Secundum argumentum magiſtra-

Ratio II. magiſtratus

tus

tus constituit præscriptio IMMEMORIALIS, quam sibi probasse visus est magistratus partim ex jam explicitis Scabinorum literis, partim ex literis Divi AUGUSTI ad ipsum magistratum de Velthemiorum insolentia, turbisque ab his, quod cippum vectigalium Helmstadiensium dejecissent, datis, querentibus missis, verbis: und weil ihr auch von so vielen UNDENCKLICHEN JAHREN in possessione begriffen gewesen, werdet ihr selbst zusehen, wie ihr durch Arreste und andere erlaubte Gegen Mittel euch bey euren Rechte manuteniren und schützen möget. Guelpherbyti MDCLII. die Octobris XX. sub F f. Atqui præscriptionem immemorialem æquipollere privilegiis, investituris, aliisque vectigalia acquirendi justis titulis. a reparatione der Landstrassen & præscript. immemorial.

III. Urget magistratus epistolas AUGUSTI nostri ad AUGUSTUM administratorem Magdeburgensis quondam archipræsulatus pro tuitione vectigalis, tanquam juris ad magistratum Helmstadiensem oppido pertinentis, scriptas anno MDCLII. die Octobr. XXVII. anno MDCLII. die Decembr. XV. Ex illis huc pertinere videntur verba: „ Nun mögen wir (scilicet dux AUGUSTUS) Ewr. „ Liebden (i. e. AUGUSTO Administratori) „ nicht verhalten, dass wir dieses wegen der „ von Veltheim abgehauenen Zoll Stange er„ eugeten Streits halber genugsame Erkundi- Ratio III. magistrat. ex literis Augusti ad Augustum.

„ gung einziehen zu lassen befohlen, und in „ der Nachfrage so viel befunden, dass mehr „ gedachter Burgermeister und Rath von vie- „ len undencklichen Jahren her in undencklicher „ possession der Drifft, sondern dass auch „ die ZOLL-STANGE an den Orth, wo sie „ jetzo aufs neue gesetzet, je und alleweile ge- „ standen, und noch auf heutigen Tag unsere „ Stadt Helmstedt biss dahin die Besserung des „ Weges nicht mit geringen Unkosten zu ü- „ bernehmen gehalten, u. s. w. Etdein in litteris d. XV. Decembr. ejusdem anni idem „ AUGUSTUS ad eundem Administratorem „ AUGUSTUM: dass Bürgermeister und „ Rath von erwehnter Stadt Helmstedt von „ vielen undencklichen Jahren her nicht allein „ in notoria possessione der Huth und Weide, „ sondern dass sie auch die Heer-Strasse von „ der Stadt Helmstedt an bis an die Brücke „ der Aller vor Ingersleben mit vielen Kosten „ bauen und bessern müssen, zu dem Ende „ auch von alten Jahren eine Zoll-Stange ste- „ hen gehabt, zum Zeichen, dass diejenigen, „ so solches Weges sich gebrauchen, den Zoll „ nach der Stadt Helmstedt dem Rath einrei- „ chen müssen. u. s. w. „ Jam vero ex his apparere, divum AUGUSTUM non tantum dominium juris vectigalis magistratus Helmstadiensis

dienſis faſſum, & publice coram alio Principe conteſtatum fuiſſe, ſed quoque pro juſtitia cauſæ magiſtratus operoſe verba feciſſe. Unde præſumtionem oriri haud infirmam, AUGUSTUM noſtrum in confirmatione privilegiorum magiſtratus Helmſtadt. anno MDCXXXVI. d. Januarii V. verbis: „ Haben ſie (die Helmſtedter) vor gehuldigte Bürger mit gebührenden Eyden und Gelübden angenommen, ihre privilegia, ſtatuta, uud Befreyungen, Rechte, löbliche Gewohnheiten und Gerechtigkeiten, Briefe, Siegel, confirmiret und befeſtiget, dergeſtalt, daſs wir und unſere Erben, u. ſ. w. probabiliſſime & VECTIGALIS jus reſpexiſſe. IV.) Pergitur ad filium AUGUSTI, RUDOLPHUM AUGUSTUM, hunc enim in edicto ſub vectigalium anno MDCLXXXIV. d. Auguſti IX. ita ſanxiſſe: Nachdem wir mit ſonderbahren Miſsgefallen vernehmen müſſen, daſs ſo wohl unſer eigene, als auch unſerer Stadt BRAUNSCHWEIG und HELMSTEDT wohl hergebrachte Zolle theils durch ungegründete thätige und eigenmächtige Exemtion, ſonderlich des zu feilen Kauff verfahrenden den Pächtern zu gehörigen Getreydes „ſub T. Adeoque evidenter ſecreviſſe vectigalia ſua a vectigalibus conſulum, ſeu civitatis Helmſtadienſis, & ſuum

IV. Magiſtr. Helmſt. argumentum ab edicto vectigal. Auguſti Rudolphi.

V. Argum. magistrat. a rescript. consil. sanctior. ad ambachtos & venatores.

suum vectigal cuique tribuisse. V.) Urget magistratus rescriptum senatus sanctioris RVDOLPHI AUGUSTI anno MDCXCIX. quod non tantum jus vectigale magistratus agnovisse videtur, sed insuper præfectos, & venatores Warbergæ, juxta rubrum molendinum Runstediique habitantes monet, ut aurigas a deviis itineribus arceant, & in viam regiam, quæ per Helmstadium ducit, ne magistratus ibi sibi debito vectigali defraudetur, per vim quoque reducant. Quod rescriptum tanti majoris æstimandum esse, quod ad præcedentes literas supplices magistratus, quibus Sereniſſimo rescribenti jus suum & ejusdem per CCCL. annos continuatam possessionem probassent, editum fuisset. VI.) Instat magistratus, RVDOLPHVM AVGVSTVM pro defensione juris vectigalis magistratus Helmstadiens. anno MDCLXXXVI. die XI. Jul. ad Electorem Brandenburgicum, cum hujus Ambachti Magdeburgici vectigal magistratui soluere de frumento vendibili derrectarent, in hunc sensum scripsisse: „ und „ gleichwie wir nicht gemeinet, wenn wir et- „ wa unser Getreydig aus unsern Aemtern an „ andern Orthen zu verkauffen, durch Ewrer „ Liebden Ertzstifft und Lande verfahren lassen „ möchten, denselben in ihrer allda habenden „ Zollgerechtigkeit einigen Abbruch zu thun, „al-

VI. Argum. magistr. sum e literis R. A. ad Elector. Brandeb.

„ alſo auch dero Beamten dahin anweiſen laſſen, „ daſs ſie ſich aller Neuerungen uud Unter- „ ſchleiffs diſsfalls bey durchführen des Korns „ durch unſere Stadt Helmſtedt enthalten, und „ ſich den Herkommen bequämen müſſen. „

VII.) Magiſtratus non tantum his literis addit ejusdem RVDOLPHI AVGVSTI literas anno MDCLXXXV. d. XXVII. Jul. ad Electorem Brandenburgicum ſcriptas, quibus pro magiſtratu apud electorem, cum ordo Equeſtris ducatus Magdeburgici immunitatem a ſolutione vectigalis Helmſtadienſis affectaret, intercedebat, rogabatque, ut ordinis equeſtris iniqua poſtulata rejiceret, ipſique præciperet, ut magiſtratum Helmſtadienſem commodis telonii ſui hactenus ab anno MCCCXX. non tantum bona fide poſſeſſi, ſed etiam in judicio non una ſententia evicti ulterius quiete frui paterentur: verum ulterius urget ſententias cancellariæ & curiæ ducalis Guelpherbytanæ in cauſis magiſtratus adverſus prætecturam Hötenslöben, ut & in cauſa magiſtratus adverſus nobiles de Veltheim, item in cauſa magiſtratus contra ordinem equeſtrem Magdeburgicum latas, annis MDCLXXXIX. MDCXC. quæ jam diu in rem judicatam tranſierunt, & ubique litem pro magiſtratu deciderunt, condemnatis plane in expenſas adverſariis. Urget IX.) magiſtratus trans-

VII. Argum. ab aliis literis inter eosdem ſcriptis.

VIII. Argumentum magiſtratus H.

IX. Argum. magiſtratus,

transactionem, ut ipse vocat cum ducibus RVDOLPHO AVGVSTO & ANTONIO VLRICO, anni MDCCII. Urget X.) magistratus probationis onus in lite de vectigali redundare in cameram ducalem, magistratum autem ob possessionem antiquissimam merito a probando liberari. Ultimo XI.) objectiones claudit querela de forma judicii recuperatorii satis, ut putat magistratus, tumultuarii, sed vicissim satis hactenus, ut putamus decantata, audita, discussa.

X. Argument.

XI. Argum. magistrat. Helmstad.

§. V.

Enim vero quod in fronte apparet I. argumentum e chronico marienthalensi & schediasmate MEIBOMII *de orig. Helmstad.* petitum, facile refellitur. * 1. Nam I.) Scabini non erant

Responsiones ad hæc argumenta. Resp. ad argum. I.

* 1. Specioſius argumentum duci potuiſſet ex MEIBOM. *chron. Riddagshuſ. pag.* 359. ubi de CONRAD abbate: ſecundo regiminis ipſius anno ſenatus oppidi Helmſtadienſis conventui riddagshuſano conceſſit licentiam annonam & res alias inducendi in civitatem ſuam & educendi, prout neceſſitas corum exigeret, ſive in victu talibus, ſive in ſeminibus, ſive tempore guerræ fuerit, ſive pacis. Litteræ datæ ſunt anno MCCXC. d. VI. April.

De argument. a magiſtrat. omiſſ. I.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0230
DFG

erant conſules ſenatores Helmſtadienſes, ſed collegium ex burgariis præcipuis ad rem civitatis moderandam & cum conſulibus gerendam ſelectum, ut alibi hodienum centum viri, confer

April. Verum ne hic quidem VECTIGALIS mentio fit, quamvis locus faciendi ſit commodiſſimus, imo fere neceſſarius. Habetur quidem alia charta anni domini MCCCXV. up ſunte Tyburcii und Valeriani dage *B. VII. pag.* 47. apud HAGEN, in qua: de Rade un de borgern to Helmſted Abten Hynricken von Margendall mit ſynen convente willigen to Kopende den Gwenhoff mit duſſen Beſchede, dat ſe nicht mehr dar to kœpen, edder buwen ſchallen, wen, alze de reede begreppen iſt, aller STADT-RECHTE fry, un mogen dar in uth voeren dat Oere, wen on dat gadet nichts uth beſcheden ock ſonder TOLLEN und WECHGHELT, u. ſ. w. v. Ee infr. Enim vero cum magiſtratus (de Rade) anno MCCCXV. die ſancti Tyburcii & Valeriani jus vectigalium nondum habuerit, ſed poſt quadriennium anno MCCCXX. fer. IV. poſt div. apoſt. & quidem revocabili jure ſive pignoris, ſive retrovenditionis, quæ duo olim non adeo differebant, ab OTTONE duce, ut ſæpius ipſe faſſus eſt, acceperit: nemo non videt pactum inter magiſtratum, & BVRGARIOS (ſi vera eſt fabula, nec fucus hic inſertione verbi BVRGARIORVM, ut facile creditu,

die *Roſtockiſche Ordnung* der ehrliebenden hundert Männer, quod tamen induſtria magiſtratus ſenſim rediit ad pauciores, & tandem, cum in octoviratum abiiſſet, plane evanuit. Deinde II) ſcabini commemorant res, quæ intra *terminos* civitatis a monachis acquiruntur. Atqui VECTIGAL magis ſolvitur de mercibus per urbes tranſeuntibus, quam de rebus in ipſa urbe quæſitis. III) Verba Scabinorum: *Quicquid INTRA TERMINOS Juæ civitatis donatione vel emtione conquiſiverint, ſive DOMOS AUT AREAS libere poſſideant, aut ſuſcipiant*, nihil eorum, quæ *jus civile requirit, exſolventes*, CONJUNCTIM ſumi & intelligi debent, ut ſenſus ſit in noſtro ſermone: „ Es ſolten die Mönche von „ Marienthal von allen den Güthern * 2. ſo ſie in der

ditu, a ſcriba magiſtratus factus) & abbatem conſcriptum, ad negotia clam & in fraudem juris principis geſta, quorum nullus, utpote vitioſorum, in jure effectus eſt, pertinere, imo vix pœnam legis Corneliæ effugere. Unde forte eſt, quod magiſtratus hodiernus chartam hanc producere non auſus ſit.

* 2. Nam textum capio de rebus SOLI, ſeu immobilibus, partim ob contextum verbis: domus, areas, vel ut nos: Häuſer, Gehövde, und Hausſtellen, partim

„ der Rinckmauer *3. der Stadt Helmſtedt er-
„ werben, oder geſchenckt kriegen würden,
„ nichts von denjenigen, ſo ſonſt das Stadt- *4.
„ oder Burger-Recht an Laſten, Auflagen, er-
„ forderte, bezahlen, ſondern uberall davon
„ frey ſeyn. „ Adeoque ſecundum naturaliſſimum horum verborum ſenſum nihil iisdem proponitur, quod REGALE VECTIGALIVM arguat, ſed illis tantum continetur immunitas vom Schoſs und Burgerlichen Stadt oneribus, quod vel ſola verba: ſive DOMUS aut AREAS luculenter demonſtrant. Quis enim vel fando unquam audivit, daſs von Häuſern und wuſten Stellen in Städten Zoll gegeben werde? *5. Cum viciſſim notiſſimum ſit, domus & areas in

Qualis immunitas anno MCCXXXII. monachis Marienth. a ſcabinis Helmſt. conceſſa.

tim, quod Scabini ipſi regali vectigalis carebant, quippe quod magiſtratus ipſe demum ab anno MCCCXX. per chartam OTTONIS, ut infra Ee uſurpare cœpit.

*3. Ita enim verba: *intra terminos civitatis* rectiſſime, & juſtiſſime mihi exponere videor.

*4. Nec enim jus civile notare poteſt hoc, ut hodie, corpus I. Romani, quippe quod iſthoc ævo Scabinis non magis notum fuit, quam liber Alcorani.

*5. Nec obſtat *l.* 7. *de publican.* ubi etiam de PRÆDIIS dicitur VECTIGAL. Si quidem a) a voce latina: vectigal, non arguendum ad noſtrum: Zoll,

Reſp. ad l. 7. de publican.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0233
DFG

urbibus ſubjectas cenſui civico, ſive: dem Schoſs und burgerlichen Laſten, non vectigali. Repugnant etiam intentioni magiſtratus, verba: *intra terminos civitatis*, item: *quæ jus civile requirit.* Nam jus vectigalium non includitur terminis civitatis ſeu urbis mœnibus, ſed latius extenditur & viam regiam ſequitur, quæ regulariter, ut etiam in hac urbe ad latus urbium juxta pomœria decurrere ſolet. Porro vectigal non pertinet ad jus CIVILE, ſeu BVRGENSE & VRBICVM, ſed ad jura MAJESTATICA PVBLICA & regalia, ut pluribus deinde obſervabitur. Tandem dicunt Scabini, quod dent immunitatem PERMISSIONE SVA, quod forte capiendum de permiſſione a burgariis, (velut vulgo: von der Burgerey) ſibi facta; ut rurſus inde inferres, quod, licet cum magiſtratu falſo crederes, ſermonem hic eſſe de vectigali, ut tamen revera non eſt: nihilominus ſecundum hominem recte objiceres, vectigal olim non conſulum, & ſenatus, ſed burgariorum fuiſſe.

§. VI.

Reſp. ad magiſtratus commentarium ad locum MEIBOMII.

Quæ in commentario ad MEIBOMII locum commentantur, facile ſolvuntur. Nam, quod

Zoll, dein b) jam gloſſ. lit. K. ad d. l. notavit: VECTIGAL ibi improprie ſumi.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0234
DFG

quod primo dicitur: ex literis ſcabinorum apparere, uſurpationem vectigalis magiſtratus a) plusquam quinque ſeculorum ætate gaudere, & b) ultra hominum memoriam aſcendere, jam ipſe magiſtratus in literis ad principem redarguit, dum initium ſuæ poſſeſſionis, vel quaſi poſſeſſionis ab anno MCCCXX. deduxit. Nam licet prior aſſertio de plusquam quingentaria præſcriptione, ſi annos ab anno MCCXXXII. quo ſcabini Marienthalienſibus religioſis immunitatem ab oneribus datam referunt, ad annum judicii recuperatorii MDCCXXXV. numeramus ratione computi ſatis ſibi conſtet; nihilominus, ſi ab anno MCCCXX. ad annum MDCCXXXV. calculus annorum ſubducitur, & inde quinque ſeculare tempus colligitur; error in numerando commiſſus manifeſtus eſt, & fere ſeculum complectitur. Nec tempus, cujus origo & initium definiri poteſt, IMMEMORIALE eſt, cum immemoriale tempus illud in jure noſtro dicatur, cujus ætatis initium hominibus ignoratur. Porro commentator non ſatis fecit cordatioribus in probatione aſſerti ſui, quod verba ſcabinorum: *nihilque, quæ jus civile requirit, exſolventes*, VECTIGAL comprehendant. Nam jus civile hic per antea dicta notat: das Stadtrecht. Städiſche burgerliche Gerechtigkeit, & regalibus, Landsherrlichen Eminentien, und majeſtætiſchen

Immemoriale revera quid?

Ius civile, quid medio ævo.

Vectigal quale jus.

Rechten opponitur, vel certe manifeſtiſſime ab iisdem ſeparatur. Jam vero VECTIGAL non ad jura urbica, municipalia & burgenſia ſpectat, ſed ſublimi inter regalia loco poſitum radiat. Vt taceam, quod non tantum ambitionis aliqualis res, ſed intolerabilis faſtus fuiſſet, ſi ſcabini vectigalium juris imperialis arbitrium in manu ſua poſitum eſſe credidiſſent, & audacter aſſeruiſſent. Neque ſcabinorum locutio: *intra terminos ſuos*, æquipollet formulæ: intra DISTRICTUM ſuum, ut commentatori noſtro viſum. Nam I.) TERMINI civitatis ſeu urbis ſunt mœnia ſecundum illud πολυφύλακτον: Burger und Bauer, ſcheidet nichts, als die Mauer. Nec ſenſibilius vicus & urbs differunt, quam quod ille mœniis careat, hæc mœniis ſuis cingatur. Dein II.) ſcriptoribus medii ævi: DISTRICTUS idem eſt, quod nobis: ein Strich Landes, ut fere crediderim, monachos ex noſtro: Strich, vel Strick in ſua malæ latinitatis fabrica procudiſſe vocem: DISTRICTUM pro regionis parte ſumtum, quod latinis alias inſolens. Aſt III.) quis unquam dedit præcipue jam circa initium ſeculi XIII. ſive ſcabinis, ſive conſulibus, ſive municipio Helmſtadienſi einen Strich Landes; cum olim burgarii ne pedem quidem e porta efferre poſſent, quin terram ducalem ingrederen-

rentur? * Ulterius minus recte minusque certe infertur: das Cloſter Marienthal und deſſen Dorffſchafften ſind noch in Sachen, ſo zu ihren Hauſshalt gehören, Zollfrey. Ergo hanc immunitatem ſcabinis in acceptum referunt. Siquidem I.) falſum eſt, ſcabinos immunitatem a vectigalibus in verbis: *quæ jus civile* (das Burger-Recht, Stadt-Recht, ut ſæpius dictum) *requirit*, monachis indulgere voluiſſe, II.) velindulgere potuiſſe. Unde III.) opus eſt monachis alio titulo, vel præſcriptionis immemorialis, vel privilegii pro tuenda immunitate. Imo quis ignoret, clericos & religioſos jam diu conciliorum canonibus & pontificum decretalibus, a ſolutione publicorum onerum, munerumque præſtatione immunes eſſe juſſos eſſe? *vid. can. XIX. concil. Melitenſ. can. XIX. concil. Later. II. Alexand. III. cap. IV. de immun. eccleſ. Bonifacius VIII. cap. IV. de cenſ. in VI.* KLOCK. *de tribut. cap. XII.* Quæ in fine hujus argumenti de æquitate vectigalis Helmſtadienſis, quod vectigalonus vias publicas reficiendi annexum habeat, calamo magiſtratus exciderunt, emollire poſſent duriorem exactionem vectigalis, ſi magiſtratus JVRE SVO idem exigeret; ſed jure hoc magiſtratui

* Nec obſtant dicta de Goſchop.

tui deficiente; onus affectatum loco modi acquirendi justique tituli vix allegari potest.

§. VII.

Responsio ad argument. II. a præscr. immemor.

Fortissimum inter cetera foret argumentum a præscriptione immemoriali desumtum, modo ipsum immemoriale tempus probatum, nec in contrarium adessent, quæ immemorialitatem destruerent. Res evidentior erit, si præmittimus, quid: IMMEMORIALE. Fiet hoc, si asserimus IMMEMORIALE esse, cujus certum initium non commemoratur. Probatio temporis omnis vel testibus fit, vel instrumentis peragitur. Itaque perinde est, sive tempus possessionis, quando illa nempe cœperit, testibus, sive instrumentis probetur. Porro in juribus privatorum satis est, casu eveniente meram possessionem, seu temporis possessionis decursum *cum termino* per *leges definito* probasse, utut nullus titulus, vel jus possessionis simul probetur, cum terminus a legibus in pœnam moræ, aut negligentiæ definitus, eo ipso, quo v. c. vel longus, vel longissimus elapsus est, pro titulo sit, *vid. l. X. si servit. vindic.* Ast in probanda regalium præscriptione, quæ privati regulariter exercere, sive possidere prohibentur, nulla temporis ætas, etiam si seculum excedat, ut dein-

deinceps docebimus, sufficit, sed IMMEMORIALITAS, seu certi initii deficientia accedere debet, ut tempori elapso tituli species concilietur. Nulla præscriptio proprie dicta, ne centenaria quidem excepta, hic quicquam operatur. Unica: VETVSTATE, quæ dente suo omnem initii memoriam consumsit, vid. §. XVIII. XIX. XX. XXI. *pag.* 46. *Dn. PRÆSES de præscript. immem.* hic in auxilium vocari debet. Hæc sola facit, ut tempus elapsum PRO LEGE, pro JVRE CONSTITVTO & possessio pro titulata habeatur. Legum civilium, capitulorum juris canonici & legum Imperii textus singulos, ut & probationem usus forensis conduxit Dn. PRÆSES *de præscript. immem. pag.* 61. §. 20. *pag.* 64. §. 28. *pag.* 65. §. 30. *pag.* 58. §. 25. una cum responsionibus ad dissentientium objectiones *pag.* 61. §. 30. *sequ.* additis ipsius juris naturæ rationibus, *vid. pag.* 61. VETVSTATEM tuentibus.

§. VIII.

Atqui vectigalia ad regalia, ad res, quas privati possidere prohibentur, omnino & quidem præcipua quadam ratione, ut dictis paulo post fidem faciemus, spectant. Ergo & circa illorum præscriptionem idem, quod jam explicuimus, jus obtinebit. Quibus ita præmissis facile judi-

Vectigalia sunt regalia. Præscr. magistratus H. non est immemor.

judicatu erit, quid de falsa a magistratu Helmstadiensi credita immemoriali præscriptione statuendum sit. Sane magistratus ipse confessus est I.) generatim, quod sua præscriptio non sit immemorialis, nec ejus principium ignoretur, dum in primis literis supplicibus die XXI. Aprilis h. a. ad principem conscriptis quadringentariam, *versic.* nachdem man aber die VIERHVNDERTJÆRIGE possession vorgestellet, dixit. Dein, II.) in literis supplicibus anno MDCLXXXVI. ad duces R. A. & A. V. pro interceſſione apud Brandenburgicum, ut ordinem equestrem Magdeburgicum intra limites cohiberet, ne se solutioni vectigalis Helmstadiensis subtraheret, allegavit, quod jus exigendi vectigal possedissent per integra TRIA secula cum DIMIDIO, ut docent literæ ducales ad electorem Brandenburgicum die Maji XX. anno MDCLXXXVI. III.) Cum anno MDCC. novum jurgium de exactione vectigalis inter magistratum Helmstadiensem & Ambachtium Schöningensem exsurgeret: magistratus eadem repetiit, & se jus vectigalis per annos TER CENTVM & QVINQVAGINTA exercuisse, & quasi possedisse contendit. Aliter IV.) anno MDCLXXXV. ut patet ex literis eorundem ducum ad eundem electorem & in eadem causa die Julii XXVII. datis. Nam hoc tempore per tria

Quia ipse illam certo tempore cœpisse QVATER confessus est, ut num. I. II. III. IV.

tria lustra altius quidem ascendit magistratus in calculo suo chronologico, & audaciter ducibus persuasit, initium juris sui vectigalis initium sumsisse anno MCCCXX. * Verum hac ipsa

* In præcedente editione amplior nota hic adscripta, in qua per argumenta probabilia demonstrabatur, magistratum ipsum coram principe suo fassum esse, & in suis litteris supplicibus asseruisse, jus suum circa vectigal descendere ab anno MCCCXX. Sed nunc conjecturis & argumentis non indigemus. En! ipsa verba litterarum supplicum magistratus ad ducem RVDOLPHVM AVGVSTVM & ANTONIVM VLRICVM die XIV. Maji MDCLXXXVI. datarum: Es geruhen Ew. Hochfürstl. Durchl. Durchl. dieses hingegen gnædigst zu erwegen, und Deroselben vortragen zu lassen, wie dass ihrer unterthænigen Stadt solch competirendes, und von XX. XXX. XL. L. Jahren jæhrliche hundert Jahre her exercirtes jus telonii von Dero glorwürdigsten Vorfahren, dem Durchlauchtigsten Fürsten OTTONE nicht etwann titulo lucrativo, sondern mit einem höchst beschwerlichen onere, die Wege und Strassen zu bessern, so sich eine grosse Meile Weges ins Hertzogthum Magdeburg erstrecken, gnædigst beygeleget worden. Quod vero ita contigerit, & magistratus vectigalis jus anno MCCCXX. a duce OTTONE in pignus

Terminum possessionis vectigalis magistratus ab a. MCCCXX. ipse deducit.

audacia plus quam unquam ſuam cauſam prodidit, eamque vulneravit. Nam eo ipſo, quo certum uſurpationis ſuæ annum definivit, non tantum in genere aut ἐν πλάτει, ut antea, ubi tria ſecula, tria cum dimidio, plane quatuor allegabat, ſed in ſpecie, & ſigillatim annum originis ſuæ jactitatæ præſcriptionis immemorialis confeſſus eſt. Ceterum e tam diverſis aſſertis, tamque differenti temporum calculo nemo non colligere poteſt, quam varius hic ſit magiſtratus, quamque in expoſitione initii præſcriptionis & poſſeſſionis ſuæ fluctuet. Nunc enim in genere VETVSTISSIMAM, nunc ter centum & L. annorum eſſe ait, ut anno MDCLXXXVI. nunc hanc æram repetit, anno ſcilicet MDCC. cum tamen intra annum MDCC. & annum MDCLXXXVI. intercedant anni XIV. aut ſi vera fuiſſent dicta anno MDCLXXXVI. anno MDCC. præſcriptio dicenda fuiſſet annorum CCCLXIV. Imo ſi anno MDCC. anni poſſeſſionis adæquarunt numerum annorum ter centum, & quinquaginta: minus recte præſenti hoc anno quadringentaria coram principe appellari, ſcri-

De variatione magiſtratus circa indicandum ſuæ poſſeſſionis vectigalis initium.

pignus acceperit, docebit charta infra ſub G. Eadem repetit magiſtratus a. *ſequ. MDCLXXXVI. die XVIII. Martii in nov. ſupplic. litter.*

ſcribique potuit; cum tantum annorum CCCLXXXVI. vi computi anno MDCC initi habenda ſit. Plane e tam diverſis æris ſimul luculentiſſime probamus, præſcriptionem magiſtratus, tam quia illi additus eſt certus terminus, a quo cœperit, ab anno nempe MCCCXX. tam quia ulterius magiſtratus ſibi in computando ipſe non conſtitit, ſed æras prorſus inter ſe pugnantes produxit, quarum neutra exacte incidit in annum MCCCXX. pro genuina præſcriptione immemoriali venditari non poſſe, quippe quæ tantum hoc nomen tuetur, ſi una eſt, ſi certiſſime acephala reſpectu initii eſt, nec quando exorſa ſit, certo ſcitur.

Quare præſer. magiſtratus non ſit immemorialis.

§. IX.

Neque vero difficile eſt diluere probationem magiſtratus, ex reſcripto noſtri AVGVSTI anno MDCLII. ad magiſtratum Helmſtadienſem tunc a nobilibus de Veltheim afflictum, & vectigalis cauſa vexatum miſſo, deſumtam. Conſolatur AVGVSTVS his literis magiſtratum Helmſtadienſem, bonoque animo eſſe jubet, ſe enim apud AVGVSTVM, Magdeburgenſium Archipræſulatus adminiſtratorem ſua bona officia impendiſſe, contendiſſeque, ut tandem ſerio & efficaciter intercederet. nec ulterius pate-

Reſponſio ad Reſcr. Auguſt. MDCLII.

retur, ut Velthemii ausus atque insultus suos in rem vectigalem magistratus hactenus factos diutius inultos ferant, tandem concludit: *und weilen ihr in so vielen VNDENCKLICHEN Jahren in possessione begriffen gewesen:* so werdet ihr selbst zusehen, wie ihr durch Arreste und andere erlaubte Gegen-Mittel, euch bey eurem Rechte manuteniren und schutzen mœget. Enimvero quis lectorum hic non statim animadvertit, ducem AVGVSTVM in verbis: VNDENCKLICHE Jahre, nec judicis, nec testis vice hic fungi, sed ut in rescriptis moris est, referre atque repetere verba literarum supplicum rescriptum præcedentium ipsius magistratus voluisse. Qui, ut ducem de justitia causæ suæ persuaderet, inter alia argumenta suasoria opinabilissime & hoc inseruerat, quod possessio ipsius tempore, cujus nulla extet memoria, niteretur. Nihil itaque præsidii in rescripto divi AVGVSTI pro immemoriali præscriptione in gratiam magistratus probanda. Imo quomodo pro magistratu tempus immemoriale probari potest ex hoc rescripto, quod ipse diu post divi AVGVSTI rescriptum de anno MDCLII. anno MCCCXX. demum certo cœpisse, adeoque memoriale esse anno MDCLXXXVI. in literis supplicibus ad duces R. A. & A. V. affirmavit?

Cur verba: undencklich in rescr. Augusti magistratum in prob. præscr. immem. non juvent.

§. X.

§. X.

Pergamus ad ea, quæ ulterius divum AVGVSTVM pro vectigali magiſtratus Helmſtadienſis egiſſe, dixiſſe, ſupra retulimus. Enim vero, ut hæc eo accuratius & exquiſitius inſpicere ſuoque modulo & pretio ponderare, atque æſtimare poſſimus, ſtatim in principio prænotanda ſunt ſequentia. I.) DIVVS AVGVSTVS in ducatu noſtro Guelpherbytano nec natus eſt, nec educatus, ſed juventutem partim in patria, Tannebergico ſcilicet comitatu, partim in academiis; virilem ætatem in itineribus & rurſus in patria, & HIZZACKERÆ tranſegit, tam diu, ut jam anno MDLXXIV. natus, non niſi quinquagenario major, extincta cum FRIDERICO VLRICO ſtirpe vetere Guelpherbitana anno MDCXXXIV. vi transactionis, anno MDCXXXV. cum agnatis factæ, in ducatum Guelphicum ſucceſſerit, ſede autem ducali, ipſo ſcilicet GUELPHERBYTO, quæ chartas publicas reconditas adeoque notitiam regionis ſervat, ut anno MDCXXVII. a cæſareis occupata, anno demum MDCXLIII. ſexagenario major potitus ſit. Dein anno MDCXLIV. condere cœpit bibliothecam Guelpherbytanam, aucto in tantam molem, quem Hizzakeræ congerere orſus

Reſponſio ad argum magiſtratus H.

Prænotanda hic I. de vita D. AVGVSTI.

orsus erat, librorum apparatu, ut reconditas & pretiosissimas hujus bibliophylacii divitias hodienum uno ore concelebrent doctiorum atque sapientiorum sermones. Uti vero ab initio libros non cumulabat vanæ ostentationis causa, nec ut ipse vastitatem numerumque admiraretur: ita, quod restabat tempus ab anno MDCXLIV. ad extremam senectutem, quæ dein annum supra octogesimum septimum emensa est, in perscrutanda copiosissima bibliotheca, conscribendo hujus catalogo, quatuor spissis voluminibus in forma majore composito, in ordinem redigendis excerptis, in edendis libris, quorum auctor ipse rarissimo principum exemplo erat, & in conciliandis principibus tam agnatis, quam vicinis aliisque maxima ex parte consumsit, ut occupatissimo principi ad indaganda singula sua domania, singulos reditus, præcipue illos, qui in manus civium suorum, de quibus e nativa ingenii bonitate optime præsumebat, sperabat, quocunque sive titulo, sive prætextu inciderant, & possidebantur sæpius, quia possidebantur, vix tempus superfuerit ullum. Porro II.) si faciem jurisprudentiæ istius temporis respicimus, nemo inficias ire potest, quin multa adhuc confusa & doctoribus eo tempore obscura essent, quæ hodie JCtorum, historiam & reliquas scientias cum juris disciplina conjungentium, industria in lucem

Præ notandum II. de facie Jurisprudent. ætate AUGUSTI.

cem producta, atque in melius bono insuper addito ordine emendata sunt. III.) Cogitandum est, quod chartæ AVGVSTI tantum sint duplicis generis, RESCRIPTA scilicet & INTERCESSIONES seu COMMENDATIONES. De RESCRIPTORVM indole & natura repetendum, quod jam in §. IX. differuimus. RESCRIPTA *nempe esse* SCRIPTVRAS *se referentes vel ad relationes, vel preces illorum, qui rescriptum impetrarunt;* adeo ut non tantum ex his exponi debeant, sed quoque firmitatem, & veritatem ex iisdem nanciscantur, ut si veræ sint preces, si jure non destituantur eædem: vera & justa quoque sint rescripta. Et ordine verso; si falsa, si injusta relata, si falsæ preces & injustæ, falsa etiam & injusta sunt inde secuta rescripta. Unde vulgo notæ sunt regulæ (a) *Rescripta in se censentur esse conditionalia, si relationes, aut preces jure & veritate nitantur.* Vid. textus J. Can. quos cumulavit KRIMER. *num.* 1408. *ad tit. de Rescript.* Neque vero (b) sub & obreptionis exceptio tantum ad eos pertinet, contra quos rescripta impetrata sunt, sed eadem optima quoque ratione pertinet ad jus ipsius RESCRIBENTIS. Cum ratio non appareat, quare rescribens gratis a referentibus, vel ut vulgo loquimur: precistis circumveniri, nec æque commodo rescripti sui privari debeant falsorum inventores,

III. Prænotandum de chartis Augusti supra productis.

Rescripta quid?

Regulæ de rescriptorum interpretat.

Except. sub & obrept. pertinet etiam ad rescribendum.

Regul. III.

si rescribenti glaucoma fecerunt, quam si adversario adversus quem rescriptum impetrarunt, falsis precibus nocuerunt. Ulterius (c) *rescribentes*, ut pariter monitum, *non intendunt TESTIMONIUM ferre de relationum, aut precum veritate, sed hanc REGULARITER supponunt.* Cum referentium & principibus supplicantium sit, utique id honori principis dare, ut ipsi non nisi, quæ vera sunt, referant exponantque. Ulterius nec INTERCESSIONUM sive COMMENDATIONVM, præcipue precibus, & relationibus commendationem rogantium, impetratarum alia ratio est. Nam apud tertium intercedentes, aut clientem apud alium commendantes, persuasi sunt interceſſionem, vel commendationem petentem, ubique bona fide egisse, & id operam dedisse, ne ipsi intercedenti, vel commendanti imponat, aut per hujus interceſſionem, vel commendationem tertio glaucoma objiciatur, aut eidem licet contra mentem, & intentionem commendantis præstigiæ sistantur, aut fucus fiat. Deinde fieri quidem potest aliquando, ut commendans vel intercedens simul vice testis fungatur, sed nec hoc perpetuum est. Cum sæpius alios commendemus, aut pro illis intercedamus precibus & relationibus ipsorum, aut laudatorum suorum bona fide nixi, ac confisi.

Regul. IV. de commend. & interc.

§. XI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0248
DFG

§. XI.

Quod si nunc de reſcriptis & interceſſionibus AUGUSTI cogitamus, mox perſpicimus, illis cauſam magiſtratus circa vectigalia reapſe, aut nihil, aut parum juvari. Si quidem mox initio præmiſimus varia momenta in medio eſſe, ex quibus inferendum eſt: divum AUGUSTUM ſtatum & jus regalis ſui vectigalis, quod in Helmſtadienſium civitate jam diu a magiſtratu uſurpatum fuit, non ſatis plene diſtincteque ſibi cognitum habuiſſe, ut plane in reſcriptis & interceſſionibus ſuis contra propria commoda bona fide venerit. Deinde II.) notum eſt, PRÆSCRIPTIONEM immemorialem, quæ per ſe ſubſiſtit, nec veram PRÆSCRIPTIONIS ullius ſpeciem continet, jam quidem a JCtis Romanorum, præcipue *in Tit. de Aqua pluv.* ſatis averis præſcriptionibus ſeparatam, & non: PRÆSCRIPTIONEM, ſed: VETUSTATEM ſeu tempus certo initio carens dictam fuiſſe, quod nec GROTIO *lib. II. cap. 4. num. 1. de J. B. & P.* prætervisum & *a Dn. PRÆSID. cap. XI. §. 1. 2. jequ. diſſert. de præſcript. immemor.* demonſtratum eſt. Aſt HAHNIO noſtro DIVO AUGUSTO coævo teſte, plerique JCti iſthoc tempore, *conſer. conſil. MARPVRG. lib. IX. num. 34.* præſcriptio-

De reſcriptis & interceſſionibus divi Auguſti, an ex certa ſcientia profectæ.

III. Objectio e doctrina de præſcr. immem.

ptionem antiquissimam v. c. centum annorum cum immemoriali miscebant, adeoque & hanc veram veræ præscriptionis speciem putabant appellabantque. Quare ex horum mente circa præscriptionem regalium, non potuit non error insignis oriri, secundum quem v. c. vectigalia æque per diutissimum, sive antiquissimum tempus v. c. per centum annos, ac IMMEMORIALI tempore, a privatis acquiri posse a multis credi cœpit. Quod tamen quam falsum sit, præter alios recentiores demonstravit *Dn. PRÆSES* in sæpius dicta *dissert. de præscr. immemor.* Nihil itaque efficitur pro causa magistratus quæcunque in chartis AUGUSTI: von einer alten, uhralten possession des exercitii juris vectigalium occurrunt. Nec enim antiquissimum, diutissimum, centenarium idem in jure nostro notant, quod IMMEMORIALE. Longe validius III.) magistratui obstant circa AUGUSTEA, quæ jamjam de natura & indole RESCRIPTORVM, INTERCESSIONUM atque COMMENDATIONUM commemoravimus. Nam I.) quæcunque a Divo AUGUSTO nostro apud AUGUSTUM Magdeburgensem gesta sunt, non animo magistratui NOVUM JUS vectigalium LARGIENDI, deque novo dandi, nec II.) animo TESTIMONIUM de iis quæ a magistratu de prætenso optimo maximo jure vectigalis ab ipso usur-

III. Objectio contr. magistr. e doctrin. de rescript.

usurpati, aut de præscriptione immemoriali Augusto nostro dicta relataque erant, perhibendi: verum III.) animo apud AUGUSTUM Magdeburgensem, supposita tamen conditione tacita, *si magistratus, vera retulisset, dixisset, si jam e præscriptione immemoriali, aut aliunde verum JVS circa vectigalia, haberet,* INTERCEDENDI, & causam vectigalis, si hoc recte quæsitum, eidem COMMENDANDI gesta sunt. Quibus conditionibus deinde non existentibus, vis omnis intercessionis & commendationis AUGUSTI ultro intercidit. Ex quo enim ex ipsa magistratus CONFESSIONE filio AUGUSTI divo RUDOLPHO AUGUSTO anno MDCLXXXV. die XVII. Julii facta, patuit, exactionis vectigalis tempus non IMMEMORIALE esse, sed ab anno MCCCXX. originem cepisse, simul intellectum est omnia a magistratu AUGUSTO de justo jus vectigalis acquirendi modo dicta, cum præscriptio immemorialis cessaret, nec alius titulus, scilicet principis privilegium expressum probari posset, sponte corruere, adeoque ipsam conditionem tacite ab AUGUSTO supposita evanescere. Neque movemur verbis intercessionis AUGUSTI de anno MDCLII. die XV Septembr.

„ Nachdem wir der Zoll-Stange halber Nach-
„ frage einzuziehen befohlen, und in der Nach-
„ frage befunden, dass mehr gedachter Bürger-

„ meister und Rath von alten Jahren eine Zoll-
„ Stange &c. gehabt. „ Quid enim hæc omnia contra ipsius magistratus CONFESSIONEM, quod ejus possessio juris vectigalis non sit immemorialis, sed orta demum sit sub OTTONE, quem LARGUM vulgo dixere anno MCCCXX. Porro nec illud allegatum magistratus terret, quod tam operose ab AUGUSTO pro ipso apud AVGVSTVM Magdeburgicum gesta sint validissimæ præsumtionis loco, quod vectigal H. ad magistratum spectet. Primo enim hæc præsumtio tantum eo pertinet, quod AVGVSTVS jus magistratus CREDIDERIT, deque illo B. F. persuasus fuerit, non autem, quod REVERA jus habuerit magistratus. Dein præsumtio cedit veritati patefactæ, atqui per confessionem magistratus apud RVDOLPHVM AVGVSTVM de certo præscriptionis initio, patefacta est veritas, quod magistratus vectigalis usurpatio non præscriptione immemoriali, nec ullo probabili jure alio jam anno MDCLXXXV. probari potuerit, vel corrobarari. Deinceps confirmatio privilegiorum magistratus AVGVSTEA itidem, cum confirmatio nihil novi tribuat, nec magistratus jure vectigalis antea gavisus sit, frustra contra principem allegatur.

§. XII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0252
DFG

§. XII.

Quartum & quiutum argumentum ab edicto vectigali de anno MDCLXXXIV. die Augusti IX. & a rescripto consilii intimi petitum, convellitur ipsa additione magistratus, supra a nobis argumentis IV. & V. subnotata, quod videlicet & edictum & rescriptam prodierint ad RELATIONES magistratus præcedentes, * quibus principi & ejus sanctiori consilio justitiam causæ suæ demonstrasse magistratus dicebatur & credebatur. Ergo re altius repetita appareret & edictum & rescriptum veritati relationum magistratus inniti. Atqui magistratus nec olim nec hodie docere potuit ullum justum acquirendi juris vectigalis titulum modumque, ob cadentem præscriptionem immemorialem & deficientiam ullius alius justi tituli. Sane si magistratus anno MDCLXXXV. vel anno MDCXCI. ut ait, jus principi & consilio vere probasset, non tantum, ut opinabile est, speciose persuasisset, quis cre-

Resp. ad argumentum IV. V.

* Sed inquis, unde probari potest, quod edictum hoc conceptum ad litteras supplices magistratus habemus magistratum confitentem in suo edicto anno MDCLXXXVII. d. XVII. Junii, vid. Chartam sub T.

R. Augusti Zoll Edict unde.

crederet magiſtratum hoc ipſo anno recuperatorio demonſtrationes ſuas, jam neceſſarias & olim dictis annis MDCLXXXII. MDCXCII. exhibitas occultaſſe, nec pro cauſæ ſtatu ſituque præſenti literis ſuis ſupplicibus anni præſentis MDCCXXXV. ſolenniter nec ſine VERBORUM phaleris adjunxiſſe

Reſponſio ad argumentum VI. VII.

Ad VI. & VII. argumentum, quod magiſtratus literis RVDOLPHI AVGVSTI a. MDCLXXXV. MDCLXXXVI. ad Electorem Brandenburgicum ſcriptis debet, non opus eſt ſigillatim reſpondere, cum illæ literæ nihil aliud ſint, quam commendationes & interceſſiones ad preces & relationes magiſtratus a principe ad electorem miſſæ. Atqui de harum literarum exigua in argumento probationis efficacia jam paulo ante ni fallor, quantum ſatis eſt diſſeruimus. Porro idem judicium eſto de illis, quæ magiſtratus N.

de argum. magiſtr. VIII.

IIX. pro octavo argumento ex ſententiis & rebus judicatis affert. Scil. & hæc vana eſſe, ideo quia tunc non inter magiſtratum & principis fiſcum, ſed inter magiſtratum & Veltheimios, & inter præfectum Hoitenslebenſem litigatum eſt, quod plane huc non pertinet. Ex notiſſima ratione quod res judicata tantum jus faciat inter partes, quæ ad ſententiam ſubmiſerunt, & quibus ſen-

Reſponſio ad IX. argument.

tentia publicatur IX. allegatur transactio cum divis fratribus anni MDCCII. Enimvero reſcriptum partim veram transactionem non continet,

tinet, partim de vectigali plane silet. Quod magistratus X. urgebat: ONUS PROBANDI in causa vectigali transferendum esse in fiscum ob jus possessionis, qua magistratus gaudet, regulam quidem continet, possessionis alias notam, cujus potissimus effectus est, quod possessor liber sit a necessitate probandi tot. t. *uti possid.* Ast ab hac regula, quæ rerum privatorum singulorum possessores ceteris paribus sat bene tuetur, notissimo jure regalium possessio excipitus STRYK. de *nec essit. ed. titul. it. de possid. non melior* HERT. *de Quasi possid.: probante.* Litis pendentia in cancellaria causæ vestigalis, quæ XI. argumentum constituit in eo consistit quod magistratus debeat probare: JUSTUM suæ possessionis titulum, quod hactenus facere non potuit, nec facere poterit unquam, ut proinde merito hæc probatio habenda sit: pro deserta. Tandem XII. fundamento caret querela de judicio tumultuario & ut putat magistratus nimis præcipitantis festinato. * Nam

Responsio ad X. argum.

Responsio ad argum. XI.

Responsio ad argum. XII.

* Imo repeti hic debent causæ, quas supra *cap. II.* §. 18. ubi jam de justitia formæ judicii principis recuperatorii cum magistratu civitatis contendimus, exposuimus. Nunc tantum in complementum contenti onis hujus, & evidentissimam pro-

An magistratus cito principis jussibus parere soleat ut de processus festinatione juste queri possit.

1) magiſtratus olim debuit titulum ſuum probare jam anno MDCLXXXIX. divo R. AVGVSTO regnante 2) tantam pecuniæ vim & copiam e vectictigalis uſurpatione per plura ſecula perce-

probationem, quam tarde magiſtratus etiam in rebus lege publica jam clariſſime deciſis, principi ſuo obediat, ſubjicere lubet. Ante paucos annos in Auguſta domo Guelphica pacto in vim ſanctionis pragmaticæ in perpetuum valituro, inter cetera conventum eſt, ut magiſtratus ſuas rationes, quas de pecunia quotannis in mercedem vigilum per urbem contribuenda conſcribit, academiæ ad videndum, imo examinandum, & ſi quid monitu dignum ad addenda monita communicet. Jubebat feliciſſimæ & inclytæ recordationis princeps LUDOVICUS RUDOLPHVS, ut magiſtratus, quæ ſemel Auguſtæ domui placuerant faceret, & dictas rationes cum academia communicaret, præcedentibus jam variis DIVI fratris AVGVSTI WILHELMI juſſibus. Primus juſſus pœnalis a LUDOVICO RUDOLPHO daſs der Rath bey 50. Rthlr. Straffe der Univerſitæt die Wächter-Gelds Rechnung communiciren ſolte factus eſt anno MDCCXXXI die Novembris XIV. repetitus anno MDCCXXXII. die V. Maji. Dein (III) anno eodem die XXII. Julii. Quarta vice die octavo Septembris (V) die XXIV. Novembris ejusdem anni ſub clauſula: bey wilkührlicher

Exemplum obedientiæ ſenatus maxime tardatæ.

percepit, tantaque viciſſim fiſcus principis caruit, ut tandem juſtum fuerit tam iniquæ uſurpationis finem exitumque hoc anno facere, & quod fiſci erat fiſco reſtituere.

§. XIII.

Pergamus nunc ad rationes & argumenta pro principe, hic I.) tenendum quod jus vectigalium ſit maximum regale & dignitatis plane ſingularis II.) jus vectigalium, ut vectigalia vetera aliquando augeantur, vel plane nova introducantur, nunquam inter jura principum ſingulorum, nec inter reſervata cæſarum fuit, ut proinde III.) nec ex ſuperioritate territoriali, more ceterorum regalium fluat, nec IV.) ejus conceſſio ſolius Cæſaris arbitrio relicta, ſed jam antiquitus res COMITIALIS fuerit, ut conſtat e jure vectigalis ab HENRICO III. comiti THEODORICO GLIVENSI ſine conſenſu

Rationes pro principis jure vectigalis.

cher Straffe (VI) die Martii XIX. anno MDCCXXXIII. (VII) die IV. Julii ejusdem anni addita comminatione bey 50. Rthlr. Straffe. Acceſſit tandem octava repetitio die XV. Auguſti anno eodem. Nec tamen in hodiernum diem octies imperata a magiſtratu ſemel plene & juſte facta ſunt.

principum Neomagii anno MLVI. conceſſo *vid.* TESCHENMACHER *fol.* 213. *in hiſt. Cliviæ ibique* DITHMARUM *in not. n.* 3. quod anno MCLXXIX. ſuſtulit FRID. I. in comitiis e principum ſententia: verba apud SANDIUM *de feud. Geldr. tract. II. c. V. n.* 5. ita fluunt: *ſecundum ſententiam in comitiis a principibus latam, quia conceſſio ſine* CONSTANTIA & CONSENSU *principum facta fuit, caſſavimus.* Deinde V.) ſub CAROLO IV. confirmatum eſt jus vectigalium Electorum in A. B. c. IX. non tamen illimitatum, nec indefinitum, ſed quatenus vectigalium exactio ANTIQVA & laudabili CONSVETUDINE recepta atque uſitata. Succeſſu temporis VI.) jus concedendi vectigalia abiit ad electores *vid. Capit.* CAROLI V. * *artic.* 18. FERDINANDI I. *artic. eod.* nec

Au jus vectigalis jam ante AB ad elector. pertinuerit.

* Occurrit quidem jam ſeculo XIII. an. MCCLXXIII. charta conſenſus JOANNIS ducis Saxoniæ Angriæ & Weſtphaliæ apud JOANN. *pag.* 469. *Spicil.* Enimvero cum in eadem cauſa conſenſerint etiam in ſubſcriptione chartæ WILHELMI cæſaris „ILLUSTRES PRINCIPES: HENRICUS dux BRA„BANTIÆ & SORORIUS regis dux de BRUN„SVIG, cum diverſis epiſcopis; conſequens eſt, iſthoc ævo jus vectigalis nondum fuiſſe inter reſervata CÆSAREA & ELECTORALIA, ut illud vocat HENNIGES ad *capitul.* JOSEPHI *pag.* 251. 252.

nec aliter *in capitulat.* MAXIMILIANI II. RUDOLPHI II. *artic.* 17. 18. adeo, ut nec Imperator promotoriales ad Electores dare debeat *vid. capitulat.* MATTHIÆ *artic.* 19. 20. 21. *capitulat.* FERDINANDI II. *artic.* 17. FERDINANDI III. *artic.* 20. FERDINAMDI IV. *artic.* 19. Præcipue ſollen die Zoll-Neuerung der LANDSTADTE unkräfftig ſeyn, *artic.* 20. *capitulat.* FERDINANDI IV. *tom.* 2. 3. LUNIG. *R. Archiv. add. LIMNÆUM ad tit.* 9. *A. B. MULDNER ad capitulat. JOSEPHI artic.* 20. *junge. Artic.* 21. Requirit capitulatio LEOPOLDI, ut conſenſus Electorum collegialis, unanimis, & junctus cum conſenſu vicinorum ſit. Eadem habet capitu- „ latio JOSEPHI *artic.* 20 alles was nicht a Cæ- „ ſare & electoribus collegialiter aufgerichtet, ſoll „ caſſiret werden *artic* 21. Pleniſſime argumentum de dignitate & ſanctimonia regalis vectigalis, præcipue reſpectu univerſitatum, & civitatum MEDIATARUM, quæ religioſiſſime manum hic habere debent abſtinentem, inſtruit capitulatio CAROLI noſtri VI. *artic.* 8. qui etiam ſuſtulit omnes legem circumveniendi ſpecies per: das Wege-Geld, Brücken-Geld, Um-Geld, Pforten-Geld, & alia ſubdola exactionum nomina.

§. XIV.

Digreſſio de vectigalibus imperii.

Sunt itaque tres de jure vectigalium opiniones. I.) Dn. de LUDEWIG jus hoc habet pro effluvio poteſtatis territorialis. Nam Duces jam olim in territoriis ſuis clauſis moderatores & arbitros juris vectigalis fuiſſe, quod charta a BECKMANNO *in hiſtoria Anhaltina* marchionis Brandenburgici, de anno MCCLII. producta, qua de DOMINIO ſuo landſaſſio nobili vectigal in civitate Serveſta donaſſet, & hic rurſus ſolo marchionis conſenſu idem civitati vendidiſſet, probare intendit. Viciſſim II.) auctor chronici GOTTVICENSIS nobis *pag.* 149. format regulam quam deinde repetit *pag.* 236. REGALE JURIS VECTIGALIS *ſec. X. XI.* POSITUM FUISSE IN MANU ET ARBITRIO IMPERATORUM. Pro qua regula probanda conduxit varias chartarum formulas, quibus præſulatibus, & monaſteriis vel jus ipſum vectigal exigendi vel certe immunitatem a vectigali conceſſerunt imperatores. Nec adeo alienus eſt ab hac ſententia HERTIUS §. 20. *de Orig. & progreſſu ſpec. Rerumpubl.* Tertia opinio vectigalia exiſtimat rem comitialem. Nec aliter unquam probabiliter ſecundum analogiam hiſtoriæ regni Germanici, & comitiorum for-

formam * obtinuit, quæ jura & negotia ardua, non pro cæsarum arbitrio, sed secundum ordinum imperii lata in comitiis suffragia tractata, discussa, decisaque esse: vel certe tractari, decidique DEBUISSE testantur. Nec nos movent chartæ cancellarii L. aut ABBATIS GOTWIG. nec Hertii effata. Nam chartæ sæpissime describunt rem singularem gestam, non autem regulam secundum quam geri debuit, sive imperatorum, sive principum chartas revolvamus. Unde chartæ contractuum, concessionum, actuum judicii, & ultimarum voluntatum, quia speciem SINGVLAREM, non jus GENERALE sive scriptum sive non scriptum continent, sunt mihi inter partes exactioris systematis judicis pulcri tantum remotas, tantum novas ædes pingentes, exornantes, non funditus fulcientes, aut in universum compingentes. Alias doctores mihi in argumento vectigalium videntur miscere duas quæstiones alteram: an imperatores soli quondam vectigali usi fuerint, & alteram: an libere soli vectigalia

* *De hac perpetua forma germ. imperii sufficit solum* CONRINGIUM *allegasse quem pag.* 56. 57. *seqq. in deduct. pro colonia vide adde capitula* CONFLUENTANA §. 10. *anno* DCCCLX. *tom. II. jur. publ.* SCHILTERI.

lia recte ALIENAVERINT. Illam affirmo, hanc nego. Ceterum lepidam dicerem obſervationem BARTOLI quam SCHWEDERVS, ad A. B. pag. 219. pulchram dicit. Scilicet: qui fraudat vectigal ſine conſenſu cæſaris impoſitum: illum in conſcientia eſſe tutum. nec peccare coram Deo nec coram hominibus. Enimvero animo ſedet jus & hiſtoriam vectigalium jam paulo altius repetere.

§. XV.

De jure vectigalium imperiali.

Scilicet a) jus vectigalium dandorum, augendorum, moderandorum percipiendorum olim pertinuit ad DOMANIVM IMPERII, *ad* imperatorum SVBSIDIA DVBRAVIVS. *L. XXII. n.* 30. ad FVLCRA imperii KRANZ. *in vandal. L. IIX. c.* 44. *ad* NERVVM pecuniæ imperii PAUL. LANG. *pag.* 838. CHR CITIZ. b) non tantum autem vectigalium RHENI, & ad RHENVM, ſed per OMNE imperium. Vti enim imperio ſua DOMANIA erant per omnes provincias, quæ palatini curabant *vid.* HVND *in Beyriſchen Stambuch verb. Pfaltz-Graven & dicta pag.* 83. §. 9. *de præſcript immem.* ita etiam circa vectigalia, tanquam domaniorum ſive FISCI *1 & cameræ particulam idem dicen-

Vectigal ſpectat ad fiſcum imperii.

*1 Certe olim præcipuæ ſub OTTONIBUS vectigalia in

cendum LEHMANN *chron. Spir. L. VII. c. III.* unde regula juris Germanici veteris: kein Zoll ſoll gelten, er ſey denn vom REICH als es RECHT ſeyn ſoll, *cap.* 12. §. 2. *ſpec. ſvev. tom. II. ap.* GOLDAST. *R. S. pag.* 9. * 2. Accedit vetus imperii praxis. Nam certe nec SALISBVRGENSIVM archiepiſcopus nec PATAVIENSIVM epiſcopus inter accolas Rheni ſunt, & tamen ipſis telonia & VECTIGALIA conceſſerunt ARNVLPHVS, OTTO, PHILIPPVS imperatores v. chartas apud HUND in *metropol. pag.* 52. 239. *edit. nov.* Dein de vectigali abbatis Corbejenſis a LVDOVICO Germanico in WISARA anno DCCCC. accepto videri poteſt *charta ad dictum annum apud* SCHATEN. Chartas vectigalis in eodem flumine ab OTTONIBVS, HEINRICO

in chartis præſulibus datis non nominetenus commemorabantur, ſed ſub formulis: OMNE JUS FISCI *noſtri*, *item: quidquid fiſco noſtro debetur*, ſæpe comprehendebantur. Unde evidentiſſimum ſimul eſt, vectigalia fuiſſe rem imperii domanialem, cum FISCUS, CAMERA, DOMANIA promiſcue ſumantur.

*2 Neque vero hic ſufficit violenta quorundam reſponſio: ſpeculatores fuiſſe nugatores, quibus non fuiſſet ſanum ſynciput in corpore ſano. Satis enim hoc refutant a nobis hic conducta. De ſpeculatoribus judicium.

SANCTO anno MIII. MXIV. CVNRADO II. anno MXXXV. HENRICO IV. anno MLXII. FRIDERICO I. anno MCXVIII. præsuli Bremensi concessi *vid.* ap. CONRING c. VIII. *in gründlichen Bericht von Bremen.* Plures chartas de vectigali episcopo Mindensi ab imperatoribus CVNRADO II. anno MXXXI. HENRICO III. anno MXXXIX. MLIX. dato *vid. chr. Mind. ap.* PISTOR. *pag.* 737. *seqq.* 741. Ne autem de ALBI forte *3. dubites, confer chartam a FRIDERICO I. de vectigali Hamburgensium civitati datam anno MCLXXXIX. *pag.* 110. *Archiv. imper.* ex SERLINO *tom. IV. Londorp. supplet. pag.* 729. Plane adhuc LVDOVICVS Bavarus vectigal concessit Ruthenis anno MCCCXXX. in oppido PLAVIÆ *vid.* LU-

De vectigali in Albi.

*3 Huc etiam refer privilegii a SIGISMUNDO civitati Luneburgensi dati verba: daſs die Lüneburgischen Schiffe die Wasser Tradenow, und auch die Elbe vort auf und ab mit ihren Wahren und Kauffmannschafft ZOLL-FREY fahren mögen, es wäre *denn daſs solcher* ZOLL *von dem* REICH (observa nicht von den Kayser allein) ufgesetzet wæren. Quamvis ex hac charta non nisi verba *von dem Reich* jam nostra faciamus *vid. enim* B. LIEBHABER in der gründlichen Ausführung, *pag.* 94. §. 2. 3.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0264
DFG

LVNIG *in l. F. pag.* 927. & CAROLVS IV. Trevirenſi in flumine MOSELLÆ. KYRIANDER *pag.* 141. Non tamen c) credendum eſt vectigalium ALIENATIONES, aut dationes quoque fuiſſe in SOLIUS imperatoris arbitrio aut poteſtate. Hoc enim æque falſum, ac ſi diceres, imperatores olim libere alienaſſe DOMANIA, quod ſane nunquam contigit. Nec enim alienationem bonorum imperii unquam ab imperatore SOLO fieri paſſi ſunt proceres Germaniæ noſtræ. Ergo nec aliter tenendum de vectigalium alienatione. Nec obſtat l.) Papam olim ap. SCOTVM ad annum MCX. *vid.* PISTOR. *tom. I. pag.* 764. *it.* ll.) concilium Avenionenſe *Tom. IV. pag.* 604. *cap.* 5. *apud DACHERIUM* approbaſſe omnia vectigalia ab IMPERATORIBVS, aut regibus conceſſa nihil de conſenſu comitiali addendo. Nec lll.) aliter pluribus eruditis videri de ſeculis ſeculum XII. præcedentibus *vid.* GOLDAST. *pag.* 548 *lit. A. de regn. Bohem. edit.* SCHMINCK. Nam l.) paparum non eſt, nec cleri in conciliis quæſtiones regni & juris publici decidere. Dein ll.) opponimus huic doctrinæ NATVRAM domaniorum imperialium, de qua paulo ante, nec non chartas aliorum imperatorum. Sic in charta RICHARDI in C. D. *probation. hiſt. Wormat. pag.* 134. RICHARDVS ipſe refert anno MCCLXXIX. *in generali*

colloquio PLVRIVM PRINCIPVM VECTIGALIS EXACTIONEM *civitati Wormatiensi interdictam.* Sic anno MCCLII. WILHELMVS in charta sua *vid. JOHANN in spicileg. pag.* 457. *viro nobili* HERMANNO *comiti de Hennenberg telonium in Brubach* (*ad Lanum*) de CONSENSV PRINCIPVM, *qui in sollemni curia apud Francofurtum præsentes aderant*, Liberaliter *tit. feodi* duxit concedendum die St. Margarethæ. Imo magis notabile exemplum una cum re judicata de vectigali comiti Geldriæ sine comitiali decreto ab HENRICO tertio concesso a FRIDERICO I. comitialiter rursus cassatum jamjam commemoravimus.

§. XVI.

Quo sensu olim vectigali ad domanium imperii pertinuerint.

Videtur autem mihi ad imperii domanium non tantum pertinuisse olim: VECTIGALIA, ut tum jam erant, sive in actu secundo, sed quoque jus vectigalium in actu primo, vi cujus imperatores & fiscus imperialis poterant in locis, ubi nondum vectigal (eine Zoll-Station) actu constitutum erat, modo nimius abusus abesset, novum constituere; ut proinde COMITIALI consensu olim opus fuisse dicerem, si imperatores fisci & domaniorum imperii causam sive per translationem vectigalis jam usitati &

CON-

CONSTITVTI, sive per translationem JVRIS imperialis novum vectigal novirer in loco, ubi in usum domanii imperii commode fieri poterat, CONSTITVENDI, imminuebant & deteriorem faciebant. Deterior enim utique videtur fieri fisci conditio, sive administrator tuitorque fisci renunciet juri circa emolumenta hactenus percepta, sive juri circa emolumenta in futurum juste percipienda. Nam & vectigalia & JUS vectigalium sunt res domanii. *

§. XVII.

Deinde l.) nemo jus vectigalium habere potest, nisi vel a cæsare, vel a suo principe, qui eodem jure fruitur in loco. A cæsare autem magistratus Helmstadiensis jus hoc habere nequit, quia MEDIATVS & sub potestate superioritatis territorialis sui principis est. Itaque necessario habere debet a principe. A principe vero habendum est vel a per contractum vel

Novæ rationes pro principe.

* Ceterum bonum rectumque esse, ut juris vectigalis cura & regimen in COMITIA rursus transscriberentur, visum quoque est ordinibus evangelicis anno MDCXXXXV. tempore P. W V. Protocollum apud illustr. de MEIERN *tom. I. pag.* 794. *A. P. W.*

Vid. de vectigal. Ord. Evangel. in P. W. senserint.

b) per privilegium vel c) per præscriptionem & quidem per PRÆSCRIPTIONEM immemorialem, per quam solam regalia acquiruntur *vid. Dn. PRÆSID. de Præscript. immemor. pag.* 97. 98 At quid) magistratus nec contractum, qui jus perpetuum ipsi dedisset, nec privilegium in hanc rem demonstrare potest. Nec ipsum e) juvare potest præscriptio longissimi temporis, aut plus quam centenaria, quod constat exemplo comitis GELDRIÆ allegato. Hujus enim jus vectigalis, utut ipsi a cæsare HENRICO III sub onere certo, adeoque titulo oneroso concessum esset; anno MLVI. nihilominus ipsi anno MCLXXIX. rursus & quidem, quod probe notandum: in COMITIIS *1. ademtum est per FRIDERICVM I. eo

De sobrio chartæ in jure publico usu.

De vi diplomatum.

*1. Supra jam animadversum, cæsarum, principum chartas seu diplomata tantum referre, quid ab his FACTVM, non quod jure ita FACIENDVM sit, ut non raro felicius HISTORIAM factorum publicorum, quam SYSTEMA juris publici ex his colligamus; nisi chartæ in curiis, vel comitiis conscriptæ aut ex jure desumtæ, aut tanta illorum copia & vis sit, ut jus non scriptum seu consuetudinem arguant probentque. Scilicet nisi relationes plurium historicorum, & res gestæ singulæque

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0268
DFG

eo non obstante, quod illud diu ultra seculum exercuisset, manifesto indicio, quod secundum leges imperii nostri comitiales, in jure vectigali acqui-

læque circumstantiæ, quas referunt, junctis paucis legibus, quæ supersunt, jureque consuetudinario cum chartis contractuum, donationum, investiturarum, & reliquorum negotiorum singularium sedulo conferantur, & cum cura probe inspiciantur: vel quorundam archiducalissimus, aut archiprincipatus, vel aliorum absolutus monarchissimus & despotismus e chartatum separata lectione producitur, hoc effectu, ut vel Germaniæ regni vetus UNITAS scindatur in plures archiprincipatus personatos, vel veterum comitiorum jura a commentitio monarchismo turbentur. Fuit alias olim Germania UNA, non tamen absolute MONARCHICA, nec interplures principes monarchas divisa; nec ducatus constituebant regna separata, aut proprie: confœderata, verum dux potens erat, respectu IMPERII TOTIUS voto suo, ut primus senator in comitiis; respectu provinciæ, ut comitum, nobilium & civitatum in suo ducatu vi auctaritatis ipsi ab imperio commissæ director; in ALLODIIS suis ut dominus: utut fatendum sit, luctam inter capita & membra & horum ducum & comitum inter se, vel aliquando cum civitatibus fuisse perpetuam, nunc illo, nunc his stateram transilientibus,

acquirendo nec centenaria *2. præſcriptio attendatur, niſi VETVSTAS acceſſerit. Nec †) provocare poteſt magiſtratus ad VETVSTATEM ſeu præſcriptionem immemorialem, utpote

De regalium præſcript. immemor. quodque.

*2. *In differt. de præſcr. immem. pag.* 65. *Dn. Præſes* conduxit LL. imperii, quibus ſuffulcitur regula: PRÆSCRIPTIONE IMMEMORIALI PROBATA, REGALIUM poſſeſſor *in poſſeſſione relinquendus eſt*, ſive: *præſcriptio immemorialis circa regalia poſſeſſorem contra fiſcum tuetur.* Aſt e decreto COMITIALI imperante FRIDERICO pronunciato fluit regula II. CETERÆ præſcriptiones LONGI, LONGISSIMI TEMPORIS, centenariæ, plusquam CENTENARIÆ non juvant poſſeſſorem regalium. Ex hac prodiit III. SOLA *præſcriptio* immemorialis quæ eſt *tantæ efficaciæ*, ut poſſeſſio *regalium* pro juſta, proque *jure acquiſita* habeatur: *alii etiam plusquam* centenariæ hic non eſt locus. Unde pace DNI. PRÆSIDIS §. 3. *pag.* 63. *dict. differt.* jam meliora edoctus a verbis: *ſed quidſi* usque ad finem ſic emendo: Sed quid ſi initium in charta quadam acquiſitionis regalis ſit perantiquum v. c. ſi in charta dicitur, Caji majores prædium quoddam anno MCCCCXXXVI. invalide dono accepiſſe e bonis menſæ præſulatus, nec tanto tempore conſtet de ulla lite his a fiſco intentata, an Cajus in hac ſpecie contra advocatum fiſci ſat tutus eſt? Re-

pote ſua ipſius confeſſione, qua originem ab anno MCCCXX. derivat, repugnante.

Reſpondetur non eſſe. Nec enim tempus *vetuſtiſſimum* eſt tempus *immemoriale*. Nec novæ ſpecies præſcriptionis excogitandæ contra principem, nec entia contra eundem multiplicanda. Atqui tantum dantur præſcriptiones longi, longiſſimi temporis & immemorialis. Reliquæ v. c. ſexagenaria, centenaria non ſunt novæ SPECIES, ſed quarundam perſonarum, aut univerſitatum ſingularia PRIVILEGIA. Nec hic recurrendum ad ÆQVITATIS rationem. Nec ratio præſcriptionis immemorialis eſt ſola: PRÆSVMTIO, quod intra ſeculorum quietum decurſum poſſeſſioni JUSTUS TITULUS acceſſiſſet. Verum addi debet alia ratio: quod fiſco deſit probatio injuſtæ acquiſitionis initii, quæ ratio tantum quadrat ad præſcriptionem IMMEMORIALEM, nec ad ullam aliam præſcriptionem cujuscunque ſit ætatis, applicabilis eſt. Ita enim in ſpecie de Caji prædio per tria ſecula poſſeſſo, fiſci advocatus utique certo probare poteſt, quando injuria prædium e bonis menſæ exierit, & ad Caji majores abierit, cum viciſſim Cajus juſti tituli acceſſionem tantum PRÆSUMERE, non PROBARE poſſit. Nec proinde jura fiſci & jura Caji ÆQUALIA ſunt, ut ÆQUITATIS prætextu Cajus in controverſia cum fiſco victor evadere poſſit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0271
DFG

§. XVIII.

Cur quæ pag. 175. 176. 177. 178. in prim. edit. habentur, hic omittuntur.

Adduximus quidem in prima dissertationis editione plura hic contra magistratum respectu vectigalis v. c. quod vectigal accessorium vogtejæ propter dicta supra §. 4. *cap.* 3. adeoque jure hypothecæ cum vogteja, sub formula quæ passim in chartis nostris occurrit: de Vogdye met allen eren Tobcherungen, ad magistratum olim pervenisse videretur. Cui conjecturæ causam dederunt cum usus forensis, qui sæpe vogtejam & vectigal conjungit *vid. supra pag.* 80. tum quidam ex magistratu vogtejam cum vectigali simul magistratui a principe olim traditam fuisse asserentes. Item ex litteris magistratus ad ducem JULIUM pro onere marestallum * re-

De litteris magistrat. querelis de civitat. inopia, & quid Marestallum.

* Scriptæ sunt hæ litteræ supplices ad conditorem academiæ nostræ JULIÆ *JULIUM* a magistratu, cum, ædes dictas der Marstall restaurare juberetur. Ceterum MARESTALL. hic itidem, ut alias nihil aliud notat, quam: stabulum equorum. Equorum scilicet, qui polentæ molendæ causa rotas versando in molendino equino (in der Ross-Mühle) laborant, cujus molendini una cum equorum stabulo servandi, reficiendi, vel plane

reædificandi declinando & deprecando datis, ubi hæc verba: daſs dieſe arme Stadt Helmſtedt auſſer den Schoſs ſonſt keine andere Einkünffte habe &c. arguebamus: ergo nec vectigalis ex-

plane reſtaurandi onus hodie ex aſſe devolutum eſt in braxatorum ſocietatem, ita tamen, ut nihilominus magiſtratus prudenti ſane conſilio, ſibi retinuerit in hoc diviſorio judicio TOTO onere in braxatores rejecto notabilem commodorum PARTEM. Quamvis hæc ulterius diſcuſſiſſe ſit opus braxatorum, der Brauer Gilde. Placet tamen in hac reiterata VINDICIARUM editione ex HAGENIO pag. 36. pro ſupplenda MARSTALLI notitia ſequentia adhuc addere. Mareſtallum anno MCCCCLXXXIII. circiter combuſtum eſt, nec ipſi Helmſtadienſes facti incendii ſuſpicione carebant, quia abſolutionem hujus delicti a domino de Warberg impetrabant. Juncherr Borchard, inquit Hagen dicto loco: lövet (fidejubet) vor den Jodden Ackynen, und Sacht de von Helmſtede quid, leddich und loſs SÆKEHALVEN des BRANDES an den MARSTALLE anno Dni. MCCCCLXXXVIII. des Middewœcken nach Letare. Hoc ſtabulum dux JULIUS magiſtratum de novo exſtruere jubebat, quam exſtructionem magiſtratus anno MDLXCIV. die XIV. Decembr. in litteris ſuis ſupplicibus ad Julium datis ex hac cauſa

depre-

actionem magistratus olim habuit. Enimvero cum interea ad manus nostras pervenerit HAGENIUS cum charta ducis OTTONIS anni MCCCXX. caremus nunc conjecturis tanquam probatione subsidiaria, cum jam adsit probatio ordinaria, ortaque plena diei luce omnia clariora, quam antea intermicante adhuc diluculo, conspiciantur appareantque.

Charta Ottonis in adjunctis sub G.

§. XIX.

De productione, sensu, & usu chartæ Ottonis anno 1320.

Mentionem hujus chartæ jam quidem ipse senatus fecit partim anno MDCLXXXV. in litteris supplicibus ad ducem RUDOLPHVM AUGUSTUM verbis tamen generalioribus: dass der Rath die Zoll-Gerechtigkeit sieder anno MCCCXX. hergebracht und bis anhero exerciret vid. supra pag. 235. partim nupero tempore, dass der Rath den Zoll von Hertzog OT-

deprecabatur: sintemalen die Stadt Helmstedt eine unbegüterte Stadt sey, und nichts eigenes weder Sand, noch Land, Zehenden oder Renthen, MÖHLEN, noch andere jährliche Einkommende den Schoss ausgenommen, zu geniessen, folglich auch keinen ZOLL, (wenigstens EIGENTHüMLICH) nicht habe.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0274
DFG

OTTEN anno MCCCXX. erhalten: quo jure autem contigerit, nec verbis in compendio extulit magistratus, nec ipsam OTTONIS chartam unquam, ut exinde de veritate constare potuerit, produxit. Exponit autem charta rem gestam contractumque inter ducem & senatum sat luculenter: dat he (Hertzog OTTO scil.) dat Schulten Ammecht dem Rathe to Helmsted mit Willen syner Erben de de Weren hefte verkoft, ob enen Wedderkop mit den TOLLEN dasülveſt to Helmstedt vor hundert und zehn Marck fynes Silbers. Reservata, tamen ut dein in charta sequitur, semper fuit reluendi potestas: de Macht intolösen ut in nostro sermone. Nos de usu chartæ annotabimus sequentia l.) post productam hanc OTTONIS chartam circa justitiam judicii recuperatorii quoad vectigal, nihil amplius hærere difficultatis, verum omnia respectu fisci principis liquida esse tam in jure quam in facto. Juris enim certum principium est, quod pacto de retrovendendo indefinite & sine certa temporis mentione concepto nunquam præscribatur. Præcipue si quæstio sit de re domaniali, aut feudali. aut quasi fidei commissaria, aut vetere allodiali avita, quæ de linea ad lineam transit, nec a possessore ultra suam suorumque descendentium masculorum vitam alienari potest, citra distinctionem, utrum

ibid. usus chartæ.

rem revocabiliter, an irrevocabiliter alienaverit. Atqui hæc dicta omnia facile applicantur ad factum noſtrum, ſive ad ſpeciem noſtram, in qua dux OTTO rem domanialem, quaſi fidei commiſſariam, certe avitam deque linea ad lineam citra alienandi poteſtatem tranſeuntem revocabiliter cumque indefinita redimendi reluendique libera poteſtate, vectigal nempe transtulit anno MCCCXX. in magiſtratum. Quid ergo, his ſuppoſitis ulterius jam obſtat judicio principis recuperatorio? Imo quid in toto hoc judicio, quæſo, reliquum manet, quod adhuc prolixam cauſæ cognitionem exigere queat. Ut nihil dicamus de rationibus juſtitiæ judicio noſtro recuperatorio peculiaribus v. c. quod magiſtratus nec ideo longævam ſuam poſſeſſionem ſerio & cum effectu urgere poſſit, quod ſemper a) chartam OTTONIS in tabulario ſuo ſcriptam habuerit, b) quod illius ipſe coram principe plus vice ſimplici mentionem fecerit, licet minus cordate nec ſincere, ut malæ fidei exceptio, ſi vectigalis nondum obliviſci poteſt, ipſum in continenti repellat. Deinde ll.) ex hac charta infero, quod, poſtquam per hanc magiſtratus perſpicue convincitur, quando & quomodo ſeu quo tempore quaque lege acquiſierit ſchulteſiam: ſua ſponte aufugiat diſpareatque omnis, etiam a principibus noſtris olim credita IMMEMORIA-

Quæ aliat obſtent immemorialitati. v. P. CLXXII.

RIALITAS sive VETUSTAS, quæ unica magistratui aliquo præsidio esse potuisset. Ulterius lll.) exinde concludo, quod circa restituendum redemtionis vectigalis pretium res non exigat prolixum sollicitumque calculum, sive in foro sic dictam operosam liquidationem. Nam initio dux OTTO LARGUS, sive oppignorator sive venditor temporarius vectigalis, non est e prosapia, unde principes nostri genus ducunt. Deinceps jam antiquitus legibus imperii prohibitum fuit, ne retrovenditiones fiant, quæ incidant in usurariam pravitatem. Accidit autem usuraria pravitas, quotiescunque reditus rei cum pacto de retrovendendo aut reluendi licentia venditæ vehementer excedunt usuras quotannes quincunces, ut ex antiquo æquitatis jure definitum in *R. I. anno MDC. tit.* 30. & magis distincte in *Reform. politic. anno MDCXXX. tit.* 26. verbis: mehr denn FÜNF VON HUNDERT verzinset. Quæ duo momenta paulo exactius a magistratu reputata facile ipsi persuadent, quod vix sit, ut sibi largius reluitionis pretium promittat, postquam ipsis & ipsorum majoribus omne creditum ex fructibus vectigalium uberrimis tanta annorum serie perceptis secundum analogiam LL. imperii nostri jamdiu sit solutum.

§. XX.

§. XX.

Magistratus amisit jus vectigal. abusu.

Tandem si magistratus jus vectigalis (posito sed non concesso) olim habuit, certe illud per ABUSUM, cum sæpius suetam vectigalis quantitatem auxerit, amisit & commisit, ut ad principis fiscum diu redierit. Amittit enim potestatem, qui illa concessa abutitur; consentit STRYK. *vol. VII. diss.* 2. *pag.* 46. Ceterum spicilegium de eo quod justum est circa abusum tam in genere, quam in argumento vectigalis speciatim dare placet ad marginem. *

CA-

De pœna abusus privatoria in genere & circa vectigalia.

* De pœna abusus dominii privatoria STRYK. *disp. de abus. juris quæsit præcipue cap. IV. ubi* notat. abutentem suo privilegio, sua venatione, sua jurisdictione, privari suo privilegio, venatione, jurisdictione. De abusu juris vectigalis *vid.* RUDOLPH. I. *apud* LEHMANNUM *cap.* 108. *Libr. V.* CAPITULATIONES cæsareas d. l. ordines imperii nova vectigalia introducentes, vel vetera augentes privantur vectigali, recens inducto vel novo augmento. Solus abusus veteris vectigalis pœnam privationis respectu illorum non inducit, licet abusus tollendus sit a judicio camerali celeriter per mandata *vid.* GYL-

MAN-

CAPUT ULTIMVM.

DE

Sylva Harclingen, Hoſpitali Sancti Georgii, molendino cum piſcina adjecta ante portam borealem, caupona cereviſiaria in urbe, ut & de officina lateraria, piſcina molaque avenaria vulgo der Ha-

MANNUM *in dubiis cameral. fol.* 196. LAUTERBACH. §. 24. *tit. de publican.* Item quod vicini contra hos novatores via facti procedere & per vim novum vectigal tollere poſſint *conf.* STRYK. *diſſert. de via facti princip. imper.* Aliud autem ſtatuendum de vaſallis, & civitatibus mediatis vectigali præcipue ſæpius & inſigniter abuſis *arg. l. unic. C. d. privat. carcer.*

ber Mühle und Habermühlen-Deich in judicio recuperatorio.

§. I.

De sylva Harckling.

Inter cetera, quibus sibi in nupero recuperatorio judicio injuriam factam fuisse contendit magistratus, occurrit quoque sylva haud procul a civitate ad austrum sita, dicta der Harcklinger Wald. Pro hujus justa acquisitione allegat magistratus chartam * emtionis anno MCCCCXXXIV. die sancti Viti inter HENRICVM, LUDOLPHUM, HANS BERTRAMUM LODEWIG und HEINRICH, Broder und Veddern von VELTHEIM, Herrn HINRICHS und Herrn JAUSIS siene Söhne, und den Ehrsahmen wisen Luden - Borckmeistern, Rathmann und GEMEINEN Borgern to Helmstedt conscriptam, qua ipsis, sylva vendita in perpetuum dicitur verbis: Heben verkofft und zu eyne vullekomene, raumlicke were geantwortet, und gheladen, verkoppen, antworten, und

* Vid. auctarium sub littera (Gg) A. C. 1434.

und laten ock ym Krafft dieſes Brefes vor veuftig lohtige Marck Brunſvicſcher weringe de ſe uns myd nyen Brunſwigſchen Pennigen tor noge wol to dancke bethalet hebben ll.) producit magiſtratus acta proceſſus inter abbatem HENRICUM anno MDCLll. & magiſtratum de hac ſylva, quaſi pacto retrovenditionis ſubeſſet, ventilatis cum literis ſupplicibus ad Sereniſſ. AUGUSTUM, & renunciatione ſcripta præpoſiti Nicolai ejusque conventus, in qua præpoſitus cum ſuis conventualibus fatetur, ſibi nihil juris amplius competere ad ſylvam H. petendam, ſeque per errorem rei vindicatione ſua injuſta magiſtratui male negotium feciſſe. Tertium præſidium magiſtratus ſibi conſtituit in poſſeſſione juſto titulo quæſita, & per tria ſecula quiete continuata.

§. II.

In hoc venditionis inſtrumento obſervamus l.) venditionem eſſe factam ſylvæ feudalis ſine conſenſu domini directi, ſcilicet Abbatis Werdinenſis, ut evidens eſt ex ipſo inſtrumento ll.) vendiderunt Velthemii non tantum jus ſuum beneficiarium, ſed quoque, quod ſuum non erat, dominium directum ipſius Abbatis lll.) vendiderunt ſylveſtre hoc feudum, non ut

Notæ ad inſtrumentum emtionis ſylvæ Harckling.

nova lege clientelari per futuram Abbatis inveſtituram in novum vaſallum transferretur, adeoque FEUDUM maneret verum, ſed ut burgenſes & magiſtratus id ſibi haberent jure allodii liberi. Qui auſus IV.) inſigniter impingit in jus feudale commune, ſecundum quod trium imperatorum lege, ne ullo actu beneficia ſeu feuda in res hereditarias allodiaque immutentur, ſed feudorum modo hoc prohibito alienatorum, & mutatorum perpetua reſpectu principis auctoritas ſit, definitum ſtatutumque eſt *vid.* legem CONRADI ſecundi *II. F. XL.* §. *præterea* legem LOTHARII *II F. LII.* & legem FRIDERICI *II. F. LVI.* * Nec V.) a magiſtratu poſt annum emtionis ullibi demonſtratum eſt, quando, quaque forma una cum b. f. acceſſerit Abbatis conſenſus. Dein VI.) charta non continet, quod magiſtratus SUO ære emerit ſylvam, verum quod ſolutio 50. marcarum facta ſit nummis magiſtratus & burgariorum. Quod veroſimiliter idem eſt, ac nummis: ærarii publici, (quod civita-

Quinam de uſu II. F. XL. LII. LVI. videndi.

* Dubia de uſu textuum hodierno *vid. ap.* SONBEC ejusque Scholiaſt. HALBRITTER & LUDEWIG. *ad A. B. Tom. I. pag.* 908. MARPURGENSES *Tom. IV. Conſ.* 34. *pag.* 464. HORN. *J. F. XI.* 11.

vitatis est) & nummis Burgariæ. Porro VII.) olim valde affligebatur & turbabatur rerum feudalium Abbatis status, nec vasalli plus vice simplici isthoc ævo verebantur Abbatis curiam feudalem, ut proinde Abbati opus esset potentioris auxilium circumspicere. Unde in charta sub lit. H h. Abbas Johannes STECKE duci Guelpherbytano HENRICO anno MCCCCXLIII. adeoque vix post novennium singularis venditionis Veltheimianæ, potestatem fecit vindicandi feuda, quorum possessores hactenus in renovationibus investiturarum, vel in alienationibus migrarant leges clientelares. Imo tandem Abbas ANTONIUS probabiliter pertæsus vasallorum anno MCCCCLXXXX. in vigiliis Petri & Pauli *vid.* chartam sub lit. I i. omne suum directum feudorum dominium per integram saxonicam provinciam transcripsit in DUCEM GVELPHICUM GVILIELMUM. Deinde VIII.) paulo ante & quidem eodem anno ANTONIUS eidem GVILIELMO in literis investituræ civitatis Helmstadiensis die jovis post festum ascensionis jus dedit redimendi omnes fundos, aut jura quondam revocabiliter ab Abbatibus alienata vid. chartam lit K k. in f. a. Neque vero jus hoc redimendi tantum in personam WILHELMI directum eique soli concessum fuit, verum facta simul heredum mentione de vorgemelte Fürste

und ſiener Gnaden Erven. Imo IX.) notabilior eſt in rem principum noſtrorum formula inveſtiturarum, quæ in quibusdam inveſtiturarum chartis occurrit, quod ſcilicet principes noſtri, non tantum domini directi eſſe debeant feudorum, quorum renovatio hactenus PETITA FUERIT, ſed & illorum, quorum renovatio a vaſallis Abbatiæ, ut v. c. Velthemiorum ſylvæ fieri petique DEBUISSET vid. chartam feudalem ABBATIS HENRICI anno MDLXXV. & ABBATIS HERMANNI anno MDLXIIX. Ll.1. verbis, gehabt genoſſen und BILLIG haben ſollen. Nec aliter in chartis inveſtiturarum ABBATIS HVGONIS Ll.2. de anno Domini MDCXLI. ducum HENRICI JULII & FRIDERICI ULRICI *glor. mem.* Ex quibus omnibus colligere licet, venditionem ſylvæ Veltheimianam, & emtionem magiſtratus non omni dubio ſcrupuloque, præcipue reſpectu contrahentium vitium contractus, defectum nempe conſenſus feudalis domini directi ſcientium carere.

§. III.

De jure principis in ſylva Harckl ex capite juris prin.

Porro ponamus: acquiſitionem ſylvæ H. a magiſtratu factam eſſe ex titulo juſto, nec principem, aut cameram habere, quæ primo acquiſi-

quisitionis initio de jure objicere possit: cogitandum tamen est, quod non tantum, ut justa sit rerum in civitate acquisitio curari debeat, sed quoque ut singuli cives suis bonis, & corpora, collegia, universitates urbium rebus suis bene rectèque utantur, ob regulam generalem, *INTER EST enim REI PUBLICÆ ne quis re sua male utatur* prout non tantum jus gentium, sed & jus civile Romanum præcipiunt. Quo vero hic fons supremi juris principis luculentius reseretur, & perspiciatur distinctius, tenendum est, triplicia esse bona in civitate monarchica, quam jam respicimus l.) bona principis ll.) bona corporum, collegiorum, vel quod magis quadrat: bona UNIVERSITATUM lll.) bona SINGULORUM. Bona principis, ut alibi ante hos decem annos demonstravit DN. PRÆSES, non sunt in specie certi principis jam viventis v. c. ARIOVISTI bona PROPRIA, sed principis in UNIVERSUM, prout NOMEN PRINCEPS generale officiique perpetui nomen est, spectati bona. Vel si mavis: bona STATUS principalis. Bona UNIVERSITATUM pariter non sunt bona universitatis præsentis, sive membrorum jam *viventium*, licet junctim & in complexu sumantur, sed bona universitatis, prout hæc ÆTERNUM

cipum in bona civitat. & juris forestalis.

Quotuplicia bona in civitat. monarchica

De bonis principis.

NUM * & IMMORTALE corporis cujusdam nomen est. Siquidem UNIVERSITAS ut eadem, & ut UNUM totum per plurium seculorum decursum censeri solet, membris licet sæpius mutatis. Vicissim autem bona SINGULORUM, ni, v. c. pactum familiæ, aut fidei commissum, aut simile quid accedat, sunt bona Petri Pauli, aliorumque jam viventium, nec enim singulorum nomina JURIS, STATUSQUE perpetui in idea nomina sunt, sed nomina jam viventium.

§. IV.

Consectaria ex dictis tripl. bonis.

Pertinet autem illa lex civitatum, perpetua atque æterna: INTER EST REI PVBLICÆ, NE QVIS RE SVA MALE UTATUR, ad omnia tria bonorum gnera, ut proinde l.) principi cuicunque viventi cogitandum sit: IPSIUS INTER ESSET reipublicæ, ne in præjudicium PRINCIPATVS, statusque principum ipsum sequentium *1. RE SVA MALE uta-

* Sensu scil. quo instituta humana æterna esse solent.

Judicium Pufendorfii de bonis regni aut principat.

*1. PUFFENDORFII *libro* 8. *cap.* 5. §. *XI. de I. N.* hæc sunt in BONIS, quæ REGI assignata, ut ex eorum reditibus REGNI & DIGNITATIS

utatur. ut ll.) cogitandum ſit univerſitati, intereſſe v. c. totius civitatis, ne magiſtratus, ſenatores, ſingula corpora, uniones, gildæ, burgariorum præfecti re ſua male utantur. lll.) Tandem ſingulis cogitandum eſt, reipublicæ intereſſe, ne & ſinguli rebus ſuis male utantur. Interim cum prima de bonis principis ſtatusque meditatio ſcopum noſtrum adeo non feriat: altius illam repetant, & ſolertius diſcutiant politici, & qui jus civitatum, vel gentium, vel etiam civile ſuæ reipublicæ perſequuntur. Brevibus quoque dimittimus RES & BONA SINGULORUM. *2. Nam his rerum ſuarum plenius jus & laxior diſponendi facultas facilius relinquitur, & plus SUO abutenti circa abuſum indulgetur l.) cum SUUM hic quaſi ſtrictius accipiatur, & magis proprie pro eo, quod arbitrarie DOMINVS alienare poteſt,

TIS onera tolerentur, REGI, niſi USUS FRUCTUS competit ſine alienandi jure. Et ſi forte rex ſibi ad VITAM SUAM ſatis proſpectum judicet: tamen poſt ipſum ALIO REGE populus opus habet, qui ET IPSE pro dignitate eſt ſuſtentandus.

*2. De jure imperantium circa bona civium ſecundum jus Gentium PUFFENDORF. *d. libro. cap. per totum.* De jur. princip. in bona civium.

imo etiam recte aliquando alienatur. Nam ita requirit natura commerciorum, & permutatio frequens inter singulos rerum privatarum. Accedit communis præsumtio, quod nemo facile perditurus sit, quod suum est, quo alienato pauperior fit, & quod servare ipsi expedit. Nec ll.) adeo interest civitatis, utrum Titio aut Cajo patrimonio largius inter delicias in juventute, aut virilibus annis consumto, senium in paupertate transigere placeat, an frugaliter vivendo omnem ætatem in commoda rerum satietate consumere malit; modo luxus & prodigalitas non totum corrumpant civium gregem, aut notabilem ipsius partem. Dein lll.) singuli, si SUUM sive causa, sive culpa, sive dolo suo semel perdiderunt, modo non jam senes perdiderint, sæpe vel labore, ad quem durum paupertatis telum facile etiam ignaviſſimum cogit, vel casu fortuito denuo ditescunt. Quæ duæ e miseria eluctandi viæ & prodigorum liberis non raro se offerunt. Unde quoque est, quod SUO abusi, vel tantum, si abusus IN-JUSTUS sit, ut si servis suis utpote hominibus immaniter abutantur, aut ad abusum IMPIETAS, aut IRRELIGIOSITAS accedat, aliquatenus arbitrarie coërceantur; vel si injustitia, si impietas desit, plane in foro abusus sui stultitiam, si egestatem, cum qua conflictantur, exci-

excipis, inultam ferant, v. c. si bona hereditaria hilariter absorbserunt: quippe qui plane jure suo excipere possunt contra fiscum: se putasse B. F. quod SUO abutantur *vid. l.* 25. §. *XI. de H. P.*

§. V.

Different. bonorum singul. & universitat.

Aſt per quam diversa est universitatum, præcipue civitatum seu urbium, & in his contenti magistratus collegii ratio. Nam I.) paulo ante & quidem jure asseruimus, civitates & universitates non absolvi solis personis jam præsenti ætate in civitate, aut magistratu (in dem Rath) viventibus, sed UNAM & eandem civitatem, aut VNVM EVNDEMQVE magistratum censeri, quamdiu civitas, aut magistratus collegium, mutatis licet crebro singulis collegis, durat. Nec II.) res civitatis, aut collegii magistratus collectas congestasque esse v. c. ob tres VERRES, qui jam senatores & quæstores sunt, verum ob consules & senatores veluti in abstracto spectatos. Nec proin III.) præsentes justos veros plenosque dominos patrimonii curiæ senatus haberi posse. Nec IV.) DOMINIVM cum alienandi jure ipsis concedi conducere, cum ipsi inter BONA OFFICII, quod gerunt, & inter bona SVA distinguere, nec in illis liberis suos successores relinquere,

Novem differentiæ inter bona universitatis & bona singulorum.

nec proin eadem cura & induſtria bona officii, qua ſua, cuſtodire, atque ſervare ſoleant. * Vt V.) in perſonis magiſtratus reſpectu bonorum officii (der Raths-Güther) ceſſet præſumtio, quod illa eodem, quo ſua, loco habituri ſint. Nec VI.) bona univerſitatis, adeoque nec bona ſenatoria ſunt res promercales, aut regulariter permutabiles. Dein VII.) magis ingens damnum ſtatui publico datur principique, ſi bona VNIVERSITATIS ſpeciatim curiarum ſenatoriarum minuuntur, perduntur, aut certe male injuſteque a capite & membris aliquando adminiſtrantur, quam ſi inter homines privatos ſingulos quidam nepos reperitur. Nec VIII.) reſpectu univerſitatum curiarumque (Rath-Häuſer) magiſtratus tam facilis ſpes eſt, per hereditariam ſucceſſionem, quippe quam hinc inde ob jus fiſci ipſis deficiens plane non habent, vel cum caſus, ut quis decedat NVLLO herede relicto, vix dabilis ſit, rariſſime habent, perditiones & deteriorationes rerum curiæ ſuppletum, aut idem labore & induſtria ſucceſſorum factum

Quando magiſtratui ſua a bonis civitatis ſecernere moris ſit.

* Præcipue ipſi inter ſe & univerſitatem diſtinguere ſciunt ſi v. c. de ære alieno a majoribus contracto ſolvendo monentur, & promtiſſime reſpondent: debitum UNIVERSITATIS, non eſſe debitum SINGULORUM.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0290
DFG

factum iri. Nam de ſucceſſoribus ſatis benigniter præſumitur, ſi præſens ætas ipſos non fore anteceſſorum ſuorum omnis mali imitatores qualitercunque credit. Neque vero IX.) univerſitas, aut collegium ſenatorum, ſi bonis univerſitatis vel plane perditis, vel notabiliter corruptis, migrare (quod tamen de rariſſime contingentibus eſt) aliorſum velit, ſine damno reipublicæ iter hoc ſuſcipit. Cogitur enim res publica novam univerſitatis curiam novumque collegium in locum emigrantis ſubſtituere, atque nova univerſitatis, aut curiæ bona in vicem perditorum, aut vehementer deterioratorum, vel imminutorum, non ſine inſigni onere incommodoque ſuo denuo conquirere; quod ſecus eſt, ſi prodigus re deſperata & conclamata omnis vitæ præſidiis denudatus ſolum mutat & aliorſum abit.

§. VI.

Ex quibus omnibus tam in proclivi eſt, quam imber quando pluit, principi in bona univerſitatum, præcipue univerſitatum, quæ magni momenti in ſuo principatu ſunt, I) ut CIVITATVM, ſeu VRBIVM & curiarum ejus (der Rath Häuſer Raths-Güther) jura plane eximia competere. Initio boni & ſapien- Concluſiones e differentiis explicitis circa jus principis in bona civitatis fluentes.

tis principis in genere est, ut quoad salus publica seu principatus exigit, non tantum summus bonorum inspector, verum & regens director summusque tutor universitatis urbisque, quæ æque alienis oculis, ut pupilli, videre solet, & quidem tam honorarius, quam in rebus agens existat. II.) Sunt quoque universitatis ejusmodi partes principatus nobiliores & insigniores. Atqui caput partium corporis insigniorum insigniorem gerit curam. III.) majestas, sive plane independens sit, sive hujus analoga sit, ut in Germania nostra principum S. T. suo principi commendat duplex officium a) curam circa actiones civium, quam: IMPERIVM, b) necessariam dispositionem seu curam circa bona civium singulorum, & integrarum universitatum, adeoque & curiarum senatoriarum, quæ in civitate sunt, quam: DOMINIVM eminens civiliter intellecto vocabulo dicere solemus. Vnde IV.) non sine principis auctoritate curiarum senatoriarum, vel si nimis ambitiosum videtur curiarum, MAGISTRATVS communia bona libere alienari posse rectissime docetur, imo nec pro collegarum arbitrio libere augeri aut libere administrari, sed principem jure rationes de illis exigere, æs alienum urbis curiæque, Rath-Hâusliche, Stadt-Schulden pro usu publico temperare, acta gestaque circa hæc bo-

na

na moderari & v. c. censui & reditibus magistratus formam addere, modumque expensarum in rebus curiæ intra justum modum cohibere, & certum emolumentorum curialium quantum (die Rath-Häusliche competenz, ut in vicinia) in perpetuum definire. Vlterius princeps stipendia & salaria publica, sive nummis solvantur, sive illa aliis reditibus rerum ad vitam necessariarum v. c. frumento, LIGNO & similibus constent, ordinat, moderaturque, utque publica hæc ordinatio duret, nec consulum, senatorum aliarumque personarum curialium vi, aut technis turbetur, aut inter administrandum noxii quid succrescat, principe auctore ipsa, si opus, administrationis forma, ipsique administratores corriguntur, emendantur, boni administratores defenduntur, in malos animadvertitur imminutione potestatis, suspensione, remotione aliisque cœrcitionibus. * Neque vero admini-

* Si principi finis, conservatio salutis publicæ & cum hac connexa conservatio bonorum universitatum relictus, vel plane commissus: jure ipsius sunt quoque media, jus ordinandi, corrigendi, mutandi formam administrationis, & hanc præsentibus administratoribus ablatam aliis committendi, qui ratione officii publici ipsi strictiori vinculo

Probatio juris princip. in bona civitatum.

miniſtratores exceptio DOMINII, quod illorum majores (ihre Vorfahren im Rath) hæc illave bona juſto titulo emerint, perque tot ſecula liberrime poſſederint, juvat, præcipue, ſi conſtet,

vinculo teneantur, ſeque nihil aliud quam rei civitatis œconomos, in quibus ſecundum rationem & revelationem requiritur, ut FIDELES ſint, eſſe exiſtiment, nec, ut curiales & decuriones plerique ſe per faſtum, aut avaritiam curiales rerum municipalium dominos putent. Accedit argumentum *ex tit. de ſuſpect. tutor.* illuſtrationis cauſa *vid. cap. 2. num. 5. ſeqq. diſſ.* STRYCKII *de jure princip. circ. rat. civit.* Ceterum cum inſpectio, & correctio adminiſtrationis bonorum univerſitatum, præcipue der Raths-Güther, vel Rathhausl. Güther, tam reſpectu principis, ut has ſui muneris partes recte exerceat, quam reſpectu civium magiſtratus, & univerſitatum, ut eadem exerceri patiantur, IN OFFICIO conſiſtant, talia autem ne quidem immemoriali præſcriptioni, ſeu vetuſtati obnoxia ſint: conf. *Dn.* PRÆS. *de præſcr. immem. §. XXI. XXII. pag.* 104. *ſeqq.* conſequens eſt, principi abuſui ſerio intercedenti, & novum adminiſtrationis genus mutatis perſonis tentanti non poſſe objici exceptionem, quod principes ab immemoriali tempore in univerſitates, curias & collegia hoc jure non ſint uſi, ſed curiales prolubitu agere & prout vellent agere paſſi ſint.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0294
DFG

ſtet, quod pecunia civium, civitatisque ſit, quæ, ut ipſe magiſtratus, principis ſapienti imperio ſubeſt. Nam ſupra jam aſſertum, quod civitas, aut univerſitas v. c. ſenatus comparat, habet, poſſidetque non eſſe in DOMINIO hominum noſtræ ætatis, nec ipſius collegii, aut ſenatus, ut certo aliquo tempore exiſtit, ſed in dominio univerſitatis ſupra explicitæ, cujus PERPETVITAS principem habet defenſorem, conſervatorem, & moderatorem.

§. VII.

De jur. foreſtal. principis.

Cum vero inter bona univerſitatum nobis de bonis der Rath-Häuſer & de SYLVA ſpeciatim dicendum: pergemus nunc poſt principis jus in bona univerſitatum in genere expoſitum, ad jus FORESTI principis. De vocabulis ſylva, nemus, foreſtum, parcus, diſputare jam non vacat: in tranſitu notare ſufficit, medium ævum diſtinxiſſe vocem: foreſtum in clauſum, quod: PARCUM, & liberum, quod: FORESTUM appellavit. Teſtimonia recitat FRESNIUS hoc verbo. Patrius hodiernus ſermo novit duo vocabula: Wald, Forſt, illud latius patet, & quamcunque ſylvam continet, hoc autem de ſylva ſanctione munita einem Gehäge, ſive einem gehägten Wald prædicatur

Von den Wörthen: Forſt, Parc, Gehäge

von Forſt. Recht

vid. SECKENDORF in Fürſtenſtaat *pag.* 422. Eſt vero jus foreſti magni utique momenti in omni civitate, & continet ſuum I.) ſingulare bannum, II.) ſuas leges ſeu ordinationes ſylveſtres, III.) ſua judicia IV.) ſuam jurisdictionem V.) ſuum magiſtratum VI.) ſuas perſonas miniſteriales, reditus, ſalaria & reliqua. BESOLD. voce: *Forſt. corp. jur. venat. foreſtal. pag.* 700. *ſeq.* *HERT. de S. T.* 302.

von der Wichtigkeit des Holtzes und der Wälder.

Sunt itidem ſylvæ ſive das Holtz tanti pretii, ut Græcis materia communis, ſylva, lignum, fere inter ſynonyma habita fuerint, & utrumque ipſis uno nomine: ὕλη dictum fuerit, animadvertente SECKENDORFFIO illuſtri auctore d. l. Deinde, ut inter triplicia bona in civitate, ceu ſupra expoſitum, bona univerſitatum & rurſus inter harum bona bona, quæ dicuntur Stadt-Güther, Rathhäusl. Güther, juri, & officio principis in bona ſuæ civitatis locum poſtularunt ſingularem: ita ulterius de SYLVIS nominatim & jure principis foreſtali eadem dicenda ſunt, quod & hoc jus atque officium principis, ſi ſylvarum abuſus contigit, ut ſi omnes arbores, etiam frugiferæ, ad ligna cædua promiſcue referuntur, ſi poſterorum cura emendationem graſſatiarum ſylveſtrium urget, præcipua ratione ſe exerere, & adverſus ſylvarum deſolatores conſurgere debeant.

§. VIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0296
DFG

§. VIII.

Jam vero quis rerum in civitate H. hactenus gestarum peritus ignorat, quid circa Harcklingam a magistratus præcipuis actum, quod I.) burgaria a cura & administratione sylvæ, utut communi burgariorum, & camerariæ ære origetenus emtæ plane sensim remota II.) ab omni commodo saginationis exigua olim pecuniola, octo scil. misnicis pro singulis porcis solutis redimenda, jam fere per L. annos injuria exclusa, vicissim III.) portiones ligni quotannis olim consulibus & senatoribus ad quatuor, aut VI. ligni modios definitæ, ad modios XXIV. XXXVI. XLVIII. & respectu capitis magistratus longe ultra pro imperio auctæ IV.) plures arbores pro lubitu venditæ, intra biennium aliquando quercuum CCC. proceriorum & rectiorum optimæque notæ, licet arbor hæc intra seculi spatium non ad justam mensuram, proceritatem, roburque denuo succrescat, pro arbitrio cæsæ V.) ligna quidem ad canales, per quos aqua ad urbem defertur, a magistratu canalium & fistularum refectoribus data, verum e civitate vicissim non spernenda pecuniæ vis nomine: der BRUNNEN-GELDER hausta, & elicita, de quibus nondum redditæ ex debito rationes.

Applicatio in genere dictorum ad sylvam Harckling.

Ecquis autem ex his omnibus pro principe non inferret, nihil eorum a nobis hactenus propositum esse, quo minus sylva HARCKLINGA principis forestali administrationi & dispositioni relinquatur, & ex hujus manu a quolibet SUUM ex ÆQUO expectetur.

§. IX.

LL. novæ de Harclinga.

Secutum autem est post editionem priorem dissertationis nostræ Sereniſſimi clementiſſimum sequentibus æquiſſimis capitibus constans decisum.

I. Ut sylva, cum non a solo magistratu sua pecunia, sed in societate burgariorum communi nomine quondam emta esset, in communi utriusque partis dominio maneret.

II. Ut arbores in usum aquæductus ad urbem, uti hactenus in hac sylva cæsæ essent, ita inposterum cæderentur.

III. Ut magistratus, & si quis alias in œconomiæ suæ necessitatem lignum jure accepisset, inde inposterum PRO RATA JVRE DEBITA acciperent.

IV. Ut condominis burgariis sua quoque non denegaretur sylvæ fruitio. Quæ generalis dispositio nuper quoad saginationem porcorum in sylva clarius hoc ipso Mense Octobris MDCCXXXVII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0298
DFG

MDCCXXXVII. quo hæc ſcribuntur, diſtinctiusque expreſſa, & burgariis jus porcos ſuos ſaginandi pro rata legitima clementiſſime reſtitutum eſt.

V. Ut inſpectio & moderamen uſus ſylvæ penes collegium principis FORESTALE eſſet, ne veteres prohibiti ſylvarum abuſus in publicum detrimentum denuo malis artibus irrepere poſſent.

VI. Ut pœnæ exceſſuum, & abuſuum ſylveſtrium hactenus commiſſorum in uſum futurum annotarentur. Quæ ſingula capita in foro juſtitiæ, æquitatis & prudentiæ ex hactenus adductis facillime defenduntur, ut quemvis lectorem ad repetitionem eorundem decenter remiſiſſe ſufficiat.

§. X.

Auſus quidem eſt magiſtratus objicere I.) ſe eſſe ſylvæ dominum, dominum vero eſſe rerum ſuarum moderatorem & arbitrum II.) abuſum non ſatis eſſe probatum III.) ſe habere abuſus ſocios ſcilicet PRINCIPIS venatores. Enimvero reſpondetur I.) quo ſenſu univerſitas ſit rerum univerſitatis domina ex æquo & bono ſatis expoſitum eſt §. 4. 5. 6. Deinde de ſylvarum privato dominio ex principiis juris foreſtalis limitato inſtruit §. 7. CONSERVATIONIS autem

De obj. magiſtratus.

custodiæque sylvæ cura magistratui non est adempta, nec usus legalis ll.) quæstio de abusu solvitur e protocollis commissorialibus ante hos annos, & eius ulterior discussio tantum est suspensa. lll.) multitudo delinquentium non parit delinquentibus patrocinium, causa venatoria relinquenda est PRINCIPI venatorum domino, hujus est de illis sumere vindictam.

§. XI.

De jure principis in hospitale Sti Georgii relat. magist. hist.

Ne vero quid præterlabatur intactum, dispiciamus nunc de actis circa St. GEORGII Hospitale. Magistratus philosophia juris circa hoc hospitale huc redit: Exstruxisse majores suos Sancti Georgii hospitale suis sumtibus suoque ære, factum id consensu Præpositi & Priorissæ monasterii Mariæ montani, ratihabente gesta Abbate Werthinensi, exstare in hanc rem chartam de anno MCCCXXII. *Nicolai* Præpositi & Priorissæ ADELHEIDÆ, *vid. infra lit. X.* Testem allegat in hanc rem MEIBOMIVM *tom. III. pag.* 230. *seqq.* cui addere potuisset ABBATEM SCHMIDIVM *in diss. de hospital. Sanctæ Annæ pag.* 7. cujus hæc sunt: *Sicuti plura senatus condidit in usum pauperum opera: ita eidem etiam originem debet HOSPITALE SANCTI GEORGII* & paulo post

post ait: *condidit senatus XENODOCHIUM GEORGII.* Paulo aliter rem & jus suum magistratus exponit in literis supplicibus mens. Octobris MDCCXXXV. verbis: anno MCCCXXII hat Probst NICOLAVS, Priorin ADELHEID und das gantze Capitel des Klosters Marienberg vor Helmstädt mit Consenz des Abts zu Werthen Burgermeister und Rath zu Helmstädt gegen Empfang 40. Marck feines Silbers verstattet dem heiligen Georg zu Ehren eine Capell in der Neumarck an dem Orthe, wo noch jetzo das Hospital St. Georgii, oder Jürgen-Hoff befindlich anzulegen. Es hat senatus von der Zeit an über sothanes Hospital so wohl inspectionem als curam gehabt, und beständig exerciret. Fundam. jur. magist. in hospit.

§. XII.

Ast hospitale St. Georgii opus pietatis magistratus anno MCCCXXII. ut ipse persuadere vult, ne quidem esse potest. Nam secundum syllabum abbatum Werthinensium & Helmstadiensium fratris HENNINGII, HAGENII *tom. III. apud* LEIBNITZ. *pag.* 601. WOLFFRAMVS de Kirburg an. MCLXXVI. *Plantavit domino nostro salvatori in monte occidentali pro devotis virginibus ecclesiam monasticam,* Vera historia. Auctor hospitalis Sancti Georgii est Abbas Werth. Wolffr. jam a. MCLXXVI.

cam, porro ad Dei gloriam & ad utilitatem monaſterii urbisque ordinavit ibidem ſollemnem proceſſionem cum nundinis annuatim in feſto nativitatis deiparæ celebrandam, ad hæc pro peregrinantibus poſuit SANCTÆ ANNÆ & SANCTI GEORGII ædes. *1. Poſtea integro fere ſeculo elapſo auctore MEIBOMIO anno MCCLXXII. circiter magiſtratus pauperes in hoſpitali Spiritus Sancti in urbe *2. hactenus nutritos in gratiam monachorum Sti Auguſtini eremitarum e monaſterio PORTA COELI haud procul Wernigeroda ſito, hic nidulatum adventantium, cedere atque migrare juſſit, *3. avesque eſurientes, quo jure, non additur,

*1. Vox: aedes non exſtat quidem ap. LEIBNITZ. ex poſcit tamen ratio contextus.

De hoſpitale Spirit. Sancti. *2. In ædibus ſcil. quam magiſtratus an. MCCLXVII. ab ordine St. Johannis ejusque commendura Supplinburgenſi in uſum pauperum cum uno manſo & dimidio manſi in agro Supplingenſi XL. marcarum argenti puri pretio emerat, ut ibi hoſpitale in honorem Spiritus Sancti exſtrueretur.

De ædificat. monaſter. PORTA-COELI. *3. Nec tamen tantæ auctoritatis fuit hic juſſus ſenatus, ut mox anno MCCLXXII. monachi nova ſede potirentur, verum ab Abbate HENRICO tunc urbis domino demum veniam impetrarunt, dat ſe mogten in ſyner Stadt en Kloſter bouwen anno

tur, xenodochio Sancti Georgii alendas immisit. Misericordiam moverunt miseræ ducis nostri ALBERTI, qui hospitali GEORGII anno MCCCXI die Viti donavit 2. Hufen auf den lütken Buttenstetter Felde *vid.* BUNTING. *in Chron. Brunsv. pag.* 132. chartam custodit magistratus archivum. Benigniorem & liberaliorem erga St. GEORGIUM & pauperes suos se gessit adhuc OTTO filius ALBERTI in charta sub V. infr. qua GEORGIO nostro in novo foro donavit anno MCCCXXI. proprietatem duarum AREARUM (zweyer Hof-Stellen) cum dimidio curiæ, & totius spatii, quod muro circumductum est, ipsius curiæ dicti hospitalis. Eodem anno Sancto Georgio bene cupivit BERTRAMUS eques de Veltheim, qui interprete chartæ donationis HAGENIO domum suam proxime hospitali vicinam Sancto ultro & devote obtulit. Cujus pietatem imitata Judda vidua de Honslage, quæ anno MCCCLI. domum a Sancto Stephano emit sub lege, ut Sanctus Georgius hujus heres existeret. Exrant quoque cœnobii Mariæ montanæ non una pietatis, devotæque liberalitatis erga Georgii ho-

anno MCCXC. in profesto Lamberti. Pro qua gratia monachi abbatem participem reddiderunt aller örer guen Wercke, charta coæva teste.

ſpitale documenta, cujus præpoſitus ab epiſcopo Halberſtadienſi ALBERTO precibus ſuis obtinuit, ut miſſæ ſacrificium in altari portatili in Sti GEORGII capella offerre liceret usque ad conſecrationem eccleſiæ ab epiſcopo gratis celebrandam anno MCCCXXII. De præſule Halberſtadienſi ALBERTO extat charta in archivo civitatis, cujus ſummam hanc refert HAGEN pag 179. „ Biſchopp ALBRECHT gift 40. „Dage Afflade allen de de öre Almeſen und eren „guten Willen bewieſen in dem Hoſpitæl by „Helmſtl to ſunte Jürgen an den armen Lüden da„ſelbſt datum anno Domini MCCCLXVII. in „vigiliis Petri & Pauli apoſtolorum. Et dein *ibidem* „addit: dat Hoſpital ward enſt ſehr vernichtet „vermittelſt Brands un andern Fynden. Da gaf „Biſchopp BORCHART ehrleff weder to bid„dende, (i. e. zu betteln) ſo fern ſyn ſprengel „rackede, und gaf allen Nothhelpers 40. Dage Ab„lat anno Domini MCCCCXLII. des Donner„tages Oculi. Nec defuerunt religioſæ Mariæ montanæ Sancto Georgio circa molendinum ante portam borealem acquirendum ſeculo XV. anno MCCCCXXIX. ut ex HAGENIO mox probabitur. Ut nil dicam de integra huba ſub lege exigui canonis cum omnibus pertinentiis ab iisdem Sancto data. Aſt omnium maxime meritus eſt de ſancto equite, & ejus xenodochio vir iſthoc ævo

ævo dives & honestus, ejusdem Sancti Georgii integerrimus antistes JOH. KAHLE *4. qui non unam agrorum hubam in usum ejusdem post initium seculi XV. emit, imo & piscinam cum molendino ante portam arctoam adjacente, sua industria suaque parsimonia patrimonio GEORGII addidit, ut statim dicendum. Lubentissimi etiam nunc recensseremus in ordine historiæ mæcenatum & evergetarum magistratus urbici beneficia in hospitale nostrum collata, modo ullius recordaremur, nisi inter beneficia habere velis, quod, ut jam paulo ante retulimus, seculo vergente XIII. corvos hiantes, i. e pauperes suos ex hospitali urbico Spiritus Sancti suo magistratus decreto pulsos GEORGIO gratis pascendos obtruserit, & hospitale ejus sub specie chartæ Bernhardinæ de anno MCDXXIII. Z. piscina, & molendino suo hactenus cum z.

*4. Kahlen valuisse gratia apud principem BERNHARDUM probat charta sub Cc. Plura alias donavit templo in pago patrio Rohde. Fuit inter cetera pro genio devotionis istius ævi anno MCCCCXXX. fundator religiosæ societatis in hac urbe, quam deinde appellari volebat: die elende Gilde, illamque ipse ingressus est, monuitque in testamento omnes cives Helmstadienses, ut hoc institutum propagarent. Anno MCDXLI. Cc.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0305
DFG

Quo titulo magistrat. hactenus tutelam curamque Sancti Georgii affectaverit.

fructibus privaverit. Ex quibus facile judicari potest, qua specie aut titulo magistratus tueri possit, quam hactenus circa religiosam domum exercuerit, vel affectaverit, curam atque potestatem. Re vera nullo nec dotationis, nec fundationis, nec ædificationis, aut restaurationis. Imo toties de ipsius & antistitum suorum mala administratione questos audivimus Xenodochii alumnos, ut princeps magistratui merito in memoriam revocaverit illud evangelii: redde rationem de villicatione tua, nec enim conducit, ut diutius villici munere fungaris.

§. XIII.

Fundamenta juris ducum nostrorum in hospitale Sti Georgii.

Vicissim, quibus argumentis facta, aut tentata a principe reformatio nitatur, facili opera ex dictis colligitur. Imo pro complendo jure Ducum nostrorum in hospitale St. G. omnes sciunt, quod præterea situm sit hospitale GEORGII a prima origine in TERRITORIO, * plane in

De jure territorii ante reformationem in caus. ecclesiast.

* Jus TERRITORII jam ante reformationem restauratamque veram Jurisprudentiam ecclesiasticam principibus in bona ecclesiastica tribuit jura sequentia I.) ne ullus fundus in territorio possit fieri ecclesiasticus & immunis sine domini territorii

in allodio principum nostrorum B. L. Inædificatæ sunt ædes ipsius principum eorundem solo, ut proinde, si curate hactenus dicta de fundatione, dotatione & reliquis reputamus: habeamus Brunsuicensium & Luneburgensium Duces St. Georgii fundatores, dotatores, benefactores, protectores, dominos. Quæ vero fundationum, dotis, territorii & similium respectu fundatorum, dotatorum, territorii dominorum in ecclesias aliaque pia loca vis & potestas sit *vid. tom III. pag.* 12. *pag.* 114. 125. 132. 134. *ap. SERLIN. tom. III. Londorpii suppleti.* Scilicet nihil obstat, quo minus dicas, his talibus & jus patronatus, jurisdictionem, & superioritatem (i. e. Landes Herrschafft) quæri atque contineri.

§. XIV.

Aſt quam facile dilui possunt colores magistratus, atque expungi, quos supra pro hospi- Responsio ad argum. magistrat.

rii consensu, nec II.) bona ecclesiæ nimium augeri, nec III.) alienari *vid. de Saxon. REINHARD. de jur. sacr. Princ. germ. in spec. saxon. ante reform.* Nominatim de PRINCIPIBUS NOSTRIS B. DN. LIEBHABER *contra Monasterium St. Michael. Luneburg. pag.* 16. §. 7. Ex Gallis jungi potest Fervet, *tom.* I. *pag.* 539.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0307
DFG

tali Sancti Georgii sibi asserendo, commentus est. Nam 1.) oppido falsa est historia magistratus & interpretatio chartæ præpositi NICOLAI. Nec enim ullus veterum commemorat hospitale Georgii conditum esse anno MCCCXXII. Nec est, qui dicat, factum hoc fuisse sumtibus magistratus. Nec ipse testis magistratus NICOLAUS cum prioriſſa ADELHEIDA
U. affirmat in literis suis U. magistratum ab ipsis comparasse hospitale Sancti Georgii, sed tantum consensu suo CAPELLAM exstruxisse in Sti Georgii honorem. Nec NICOLAUS cum ADELHEIDA in territorio & allodio principum nostrorum cum successu, ut ædificium immune fieret & ecclesiasticis privilegiis frueretur, quidpe quæ concessio jurium semper ad principem pertinuit, efficere & concedere potuit. *Vid.* REINHARD LIEBHABER. *dd. ll.* Porro jurisdictionem ante reformationem * magistratus in hoc

Quotuplicia hospitalia.

* Scimus quidem etiam apud Catholicos dari duplex hospitalium genus ecclesiasticum & seculare *vid.* ESPEN *pag.* 709. nihil tamen hoc ad quæstionem præsentem. Nam pro principe respectu hospitalis St. Georgii sat argumentorum attulimus in præcedentibus. Addatur FRITSCH. *tractat. de hospital. cap.* 5. Ceterum hic notanda est cautio, qua

hoc pium & ecclesiasticum corpus vix habere potuit, post reformationem jurisdictio Episcopalis ecclesiastica transiit in principes nostros, & Sereniſſimus Dux Guelpherbytanus regens factus est EPISCOPUS, imo plane PAPA *vid.* STRYK. *diſſ. de jur. papal. princip. evangel.* Si magistratus hactenus curam & jurisdictionem exercuit non SUO veluti patrimoniali jure, sed e principum voluntate tacita tanquam OFFICIALIS, quem princeps ex causis v. c. quod villicationem hospitalis non recte curaverit, bona ejusdem minuerit, aliquando, ut circa molendinum contigit, ad proprios usus impenderit, dimittere potest.

§. XV.

qua majores nostri abusum rerum ab ipsis religiosis domibus donatarum avertere, & ne ipsorum benefacta in curia Romana fierent malefacta, præcavere laborabant. Scil. rogabant principes, ut sua autoritate efficerent, ne piæ ipsorum donationes in foro pro BENEFICIIS, de quibus curia Romana judicare & disponere solet, sed pro liberis secularibus, ut vocabant, COMMENDIS haberentur. Cujus cautionis seu cautelæ elegans exemplum ap. St GEORGIUM NOSTRUM optimi viri JOH. KAHLE in charta sub Y. lector deprehendet.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0309
DFG

§. XV.

De justitia judicii recuperatorii principis hic.

Cetera non habet magistratus, quod principis judicio recuperatorio irascatur, licet omnia hactenus dicta, quæ tamen verissima, falsa essent. Nam sufficiat nobis asserere, hospitale St. Georgii situm esse in NOVO FORO adeoque esse hujus accessorium, ut proinde in judicio recuperatorio non possit non sequi causam principalis, nempe ipsius novi fori, quod magistratus non nisi pigneratitio jure hactenus tenuit, possiditque.

§. XVI.

De piscina & molendino ante portam borealem.

Z.

Sequantur nunc gesta in judicio recuperationis circa piscinam & molendinum ante portam borealem. Sane si tantum respiceres chartam ducis BERNHARDI anni MCDXXIII. die purificat. Mariæ supr. sub Z. nec præterea ullum monumentum historicum vidisses: jurares, hic causam magistratus justitia vincere & nihil æquius esse, quam ut piscina & molendinum magistratui a recuperatoribus restituatur. Nam qui consensu principis in publico ædificat, suum ædificium facit *l. 6. A. de R. D. L. 14. princip. de A. R. D. L. 50. ibidem L. 14. ibid.* Sed audiamus

mus MEIBOMIUM PRIMUM, qui rem gestam ita narrat *in chronico Marienbergensi pag.* 70. MCCCCXXIX. kauffte *1. Hans Kahle, Vorsteher des Hospitals St. Georgii von dem Kloster den Haferbeck, der da lief durch die Stadt nach des Klosters Hofe, der nun läufft nach der Wasser-Mühle *bey dem Ziegel-Hofe* (welche Mühle gemelter Hans Kahle bauen lassen) und ferner nach der Brücke über das Crispenroder Feld, welches der Rath verhegen soll mit Graben und zweyen Flöt Rennen, dazu sie Holtz aus des Klosters Holtzung haben mögen actum die dominica Cantate &c. *2. Habes hic verum molendini exstructorem & piscinæ dominum, antistitem nempe KAHLEN cum suo Sancto GEORGIO. Unde non satis divinare possum, quæ intentio fuerit magistratus tunc

*1. Objecit hic magistratus, non satis constare suis, an Sancti Georgii nummis HANS KAHLEN & rivum a monialibus Mariæ montanæ emerit, & dein molendinum ædificaverit, sed hanc nebulam dispulimus supra. Objection. magistrat.

*2. Imo jam facile caremus concise nimisque compendiose a MEIBOMIO dictis, ex quo potiti sumus HAGENII *chronico* ejusque relatione & uberiori & distinctiori, quam dabimus infra sub A a. Cur non ampl. opus Meibom.

temporis, cum precibus supplicibus a duce BERNHARDO sibi expeteret chartam, qua jus & licentia molendinum exstruendi & piscinam fodiendi sibi fieret, utrum forte mens ipsius fuerit chartam in arca seu chartophylacio custodire, usque dum possessione molendini & piscinæ, quod ipsi utpote Sancti Georgii patrono & autocratore non adeo difficile erat, potiretur, ut tunc charta sua posteritati persuadere posset, quam optimo, maximo jure piscina cum molendino juris magistratus esset, an aliud mysterium intenderit, non satis constat.

§. XVII.

Cum magistratus & ipsius majores non tantum omni jure genuino in hospitale Sancti Georgii caruerit, sed insuper respectu molendini piscinæque, de quibus jam agimus, in SANCTI GEORGII hospitale sub specie curæ bonorum Sancti injurius fuerit, nec bona fide molendinum, ut curatores domuum religiosarum alias decet, sancto servaverit, & aut vi, aut clam ejusdem reditus suo ærario intulerit: initio in sanctiore principis senatu consilia agebantur de molendino piscinæ, ut rebus vix sine delicto a magistratu usurpatis partisque, fisco seu cameræ addicandis. Enimvero re altius repetita

mitior

mitior ſententia animo PRINCIPIS ſedere cœpit, piſcinamque magiſtratui, præcipue in uſum aquæ civitatis & burgariorum neceſſarium reddere, imo & molendinum eidem, ſub onere tamen æqui cenſus quotannis Georgii pauperibus præſtandi, reſtituere placuit. Neutiquam vero Sereniſſimus ad benignius decernendum motus eſt per juſtitiam cauſæ magiſtratus forte poſt commiſſariorum acta a magiſtratu demonſtratam, quippe de qua demonſtratione nemini conſtat; verum quia poſtea intellectum eſt, antiſtitem hoſpitalis, Joannem Kahlen, qui primus piſcinam molendinumque bonis Sancti GEORGII anno MCCCCXXIX. addiderat, rurſus poſt aliquot annos anno MCCCCXL. vendidiſſe, ita enim HAGENIUS in charta pag. 178. HANS KAHLEN verkoft Heinrich Müller dei Water-Möhle, und Wind-Möhle von SUNTE JURGEN WEGEN * vor VII. FERNDEL

* Obſerva verba: von SUNTE JURGEN WEGEN, quæ ſatis indicant revera ipſum hoſpitale Sancti GEORGII, & ab initio emtorem des Haver-Becks & extructorem der Norder-Thor-Möhle, & dein hujus ejusdem molendini venditorem ſub lege tamen cenſitica, aut ſi mavis emphyteutica, præeunte tantum fidiſſimo antiſtite ſuo JOH. KAH-

Rocken Erbentinſes reliqua *vide infra ſub Bb.* Quare principi pro ſuo ſuum cuique reddendi ſtudio, viſum eſt recentiori reſcripto & magiſtratui, remiſſo ipſi ex gratia rationum reddendarum onere, molendinum relinquere, & pauperibus Sancti GEORGII cenſum veterem quotannum, hactenus a magiſtratu ipſis interceptum, reſtaurare. Quando autem hoſpitale Georgii piſcinam iterum poſſidere deſierit, vel quando magiſtratus juſto titulo illam acquiſiverit, vel ſenſim clanculum uſibus pauperum ſubduxerit, nondum apparet, nec magiſtratus, cujus bonorum Sancti Georgii inventario neceſſario jam olim inſerta fuit piſcina noſtra, ullam juris ſpeciem, qua ibi expuncta in ſuæ cameratiæ repertorium tranſierit, demonſtrare potuit; ut proinde merito laudare debeat clementiam principis,

KAHLEN, fuiſſe. Quo ipſo abunde ſatis fit magiſtratus ſcrupulo de nummis a JOH. KAHLEN in emtione rivi & exſtructione molendini exſolutis, cujus olim, an ipſius, an Sancti Georgii fuerint. Accedit & hoc, quod in ſolutione non adeo de jure communi quæratur, cujus nummi ſint, ſed cujus *nomine* ſoluti ſint. Jam vero emtio, venditio factæ ſunt *nomine* GEORGII, von Sunte Jurgens wegen. Ergo concludendum eſt, ſolutionem pariter factam fuiſſe von Sunte Jurgens wegen.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0314
DFG

cipis, quæ tantum censum molendini resuscitare, piscinam autem non merenti plane immunem reddere voluit.

§. XVIII.

In gratiam benevoli lectoris recitare placet, quæ magistratus de nostro molendino ad portam borealem sito ad Sereniſſimos pro jure suo, aut juris specie in scriptis suis aliquoties & iterata vice repetiit, cum notulis tamen oppido necessariis. Ita autem magistratus l.) in supplici libello anno MDCCXXXV. die XXI. April. Es ergiebet die gnädigste Concession sereniſſimi ducis BERNHARDI piæ memoriæ hierbey in Copia, daſs uns *1. bereits anno MCDXXIII. verstattet worden einen Teich und MÜHLE an unsern Ziegel-Hof vor dem Norder Thore anzulegen, so auch geschehen, *2. und haben wir von der Zeit *3. an, folglich nunmehr über

Rationes magistratus cum refutatione.

Qq 3

*1. En primum falsum! Concessio enim non facta est soli magistratui, sed unsern leven getruwen dem Raede und Borgern der Stadt H. Falsum. I.

*2. En secundum falsum! Nec enim magistratus molendinum exstruxit, sed ANTISTES KAHLE. Falsum II.

*3. En tertium falsum! Nam anno MCDXL. St. Geor- Falsum III.

über 312. * 4. Jahr, ſothane Stücke geruhig und b. f. * 5. beſeſſen. Deinde ll.) in ſpecie facti eod. anno paulo poſt exhibita: anno MCCCXXII. pergit magiſtratus, hat Hertzog BERNHARD MAGNI TORQVATI filius vermöge Beylage ſenatui erlaubet vor dem Norder Thore nahe bey des Raths Ziegel-Hofe, Teiche und Mühlen * 6. anzulegen, welches denn auch aus des

---

Georgius adhuc molendinum poſſedit, quia vendidit hoc anno per chartam Bb.

Falſum IV. in comput. * 4. Habemus hic quartum falſum, nempe falſum computum. Nam, ut jam dictum, anno MCDXL. molendinum adhuc fuit penes St. Georgium, dein magiſtratus adhuc anno MDXCIX. die XIV. Decembr. vid. ſupra *). pag. 267. 298. c. f. coram duce JULIO ad gratiam ipſius movendam allegavit: daſs ſie weder Zehenten oder Renthen, oder MÖHLEN u. ſ. w. zu genieſſen hätten. Atqui nec ab anno MCCCCXL. multo minus ab anno MDXCIX. die XIV. Decembr. ad annum MDCCXXXV. Menſ. April. elapſi ſunt anni drey hundert und zwölff.

V. de dubia magiſt. b. f. * 5. Bona fides vix eſt ut hic credatur, cum magiſtratus tam chartam ſub Bb. quam litteras ſupplices ad JULIUM in archivo ſuo perpetuo loquentes cuſtodierit.

VI. Error. * 6. Erroneus hic eſt NUMERUS PLURALIS.

Chartæ

des Raths Revenüen geſchehen, *7. und hat ſenatus dieſe Stück über 300. Jahr im geruhigen Beſitz gehabt. DRITTENS in der Supplic den 16. Mart. 1736. additur: wegen der Norder-Thor-Mühle ſey der Rath in 300. jähriger Poſſeſſion, die præſcriptio immemorialis *8. machte præſumtionem bonæ fidei, dieſe præſumtion habe ohnedem ein Stadt-Magiſtrat vor ſich. Es ſey auch nicht zu præſumiren, daſs ein *9. Adminis-

Chartæ enim BERNHARDI tantum continent numerum ſingularem. EINEN Deyck to fangende it. EINE Möllen buwen.

*7. O, quantum hic eſt in rebus inane! Johannis Kahle contractu, Sanctique Georgii pecunia omnia facta, & ædificata, e magiſtratus reditibus ne teruncio ſuperaddito.

*8. Imo præſcriptio immemorialis non tantum tituli juſti præſumtionem operatur, ſed ipſa ſola jus titulumque conſtituit. Quid vero hoc ad magiſtratum, qui nullam unquam præſcriptionem immemorialem probavit? De vi præſcript. immemor.

*9. Imo v. c. adminiſtrator tutor præſumitur, ſi ut tutor contrahit, in rem pupilli & nummis pupilli contrahere Voët §. 5. quand. ex fact. tut. Deinde H. Kahlen molendinum, ut vidimus, van SUNTE JURGEN WEGEN vendidit, ergo etiam van Sunte Jurgen wegen emit, ergo & pretio e Sancti Georgii theſauro accepto hoc contigit. Cujus nom. tut. præſum. contrahere.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0317
DFG

miniſtrator, wie Hans Kahle bey St. Jurgen geweſen, wenn er etwas kauffte, das Geld von dem Gut, ſo er adminiſtrire, hernehme. Müſſe alſo Hochfürſtl. Cammer vor allen Dingen ihr Recht annoch erweiſen.

§. XIX.

De ædibus ſtadtvogteiæ.

Reſtant ædes ſtadtvogtejæ cum cella cereviſiaria hactenus a magiſtratu occupata. Hic pro jure ſuo tuendo magiſtratus in litteris ſupplicibus die XXVIII. Maji anno MDCCXXXV. ita ſcribit: daſs der Raths Bier-Keller, wovon in dem gnädigſten reſcripto von 6. hujus mit erwehnet, a) zur Stadtvogtey gehöre, und daſs die davon kommende b) Pacht-Gelder gleich andern Stadtvogtey revenues daſelbſt jemahlen berechnet worden, das iſt wohl ſo c) ohnerweiſslich, als daſs die Schenck Gerechtigkeit ein annexum der criminal jurisdiction *1. ſey, da d) in den kleineſten Städten, ſo kaum eine ſpeciem jurisdictionis haben, dergleichen bey den

*1. Atqui nemo dixit, rem cauponariam civitatenſem eſſe regulariter annexum jurisdictionis vogtejæ, ſive jurisdictionis criminalis, ſed tantum, cum apud nos cereviſia in ædibus vogtejæ vendatur, a magiſtratu id gratis fieri vix poſſe.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0318
DFG

den Rathhäusern befindlich, wovon die Pacht-Gelder in die Stadt-Cämmerey flieſſen, wie dann auch hieſiges Orths ſelbige von undencklichen Jahren bis hieher eine Cämmerey-Revenue geweſen. Das Gebäude e) worunter der Raths Bier-Keller angelegt, iſt das *2. uhralte Rathhaus, welches f) anno 1567. und alſo über 200. Jahr nach der a D. Magno *3. Torquato abgetretenen Stadtvogtey aus den Cämmerey-Intraden erbauet, *4. ſo daſs nicht die geringſte g) Spur vorhanden, woraus abzunehmen ſeyn möchte, daſs ſothanes Gebäude *5. oder

*2. Imo das uhralte Rathhaus primaque curia civitatis Helmſtadienſis fuerunt ædes ad forum caprarum des Ziegen-Marckts, quarum reliquias jam baphiarius incolit, quondam: leo rubens dictæ, MEIBOMIO & CONRINGIO teſtibus. Cæperunt enim primordia urbis noſtræ a parte boreali, ut primum templum fuerit templum Stæ Walpurgis, forumque ad orientem civitatis der Ziegen-Marckt, donec latius fines ejus ſenſim verſus meridiem exporrigi cœperunt. Von alten Rathhaus zu Helmſt.

*3. *Torquatus* ſoll: Pius heiſſen.

*4. Magiſtratus non exſtruxit ædes vogtejæ, certe hoc non probavit, ſed tantum ſecul. XVI. aliquando refecit.

*5. Enimvero non veſtigium, non conjecturas tantum

der Bier Keller jemahlen zur Stadtvogtey gehöret habe. Es muſs uns demnach wohl um deſto mehr ſchmertzhafft zu Hertzen dringen, daſs Ew. Hetrzogl. Durchl. den in dero hohen reſcripto geäuſerten ſtrengen h) Schluſs gegen uns gefaſſet, den Bier-Keller und Schenck-Gerechtigkeit, ſamt der davon kommenden Pacht *6. ſofort absque brevi cauſæ cognitione uns gäntzlich abzuſprechen, da i) der Abgang dieſer uhralten Raths-Revenue das ærarium civitatis noch weiter enerviret, ja bey der nunmehro verabſpüreten Vorenthaltung des Schoſſes und andern bürgerl. præſtandorum, deſſen völligen Untergang *7. maturiren würde.

§. XX.

tum, ſed argumenta demonſtrativa, quod ædes de quibus quæritur, ad Vogtejam pertinuerint, ſintque ipſa vogteica domus, in medium proferemus mox §. ſequenti.

*6. Hæc merces cauponaria hactenus actu nunquam exacta fuit a camera, ſed magiſtratui ſtatim poſt primam ipſius querelam reſtituta cum jure cauponario.

*7. Non habet magiſtratus, quod metuat ſibi, modo reditus ſuos, quibus adhuc fruitur, probe diſpenſet, nec v. c. capiti ſuo quotannis citra meritum, citra officium præſtitum plus quam 600. imperiales porrigat, non absque inſigni membrorum

§. XX.

Aſt de jure cereviſiam vendendi, ſeu cauponandi in noſtro Helmſtadio jam non adeo diſceptamus, ſed quid circa jus hoc competat, SUMMO PRINCIPI relictum eſto. Quoad ædes tamen, in quibus hactenus cereviſia vendita, & judicium vogteiæ urbicæ exercitum eſt, aſſerimus illas Sereniſſimo, ſtatuimusque has ædes nihil aliud eſſe, quam: domicilium Vogti, ſive noſtro ſermone uno verbo: die Stadvogtey. Rationibus ſuffulcimur ſequentibus. De cella cereviſiaria rationes pro principe.

I. Quia vogteia urbica eſt jus excellens & ſublime, ut jam ante plura ſecula DIGNUM eſſe & ABBATES, & DUCES crediderint, quod ab ipſis regionis principibus exerceretur. Satis id demonſtrantibus principum inveſtituris, ſupra ſigillatim commemoratis.

II. Magiſtratus ipſe cum burgenſibus ſuis jam, JULIO & HENRICO JULIO regentibus, tanti æſtimavit vogteiam in litteris ſuis ſupplicibus,

brorum injuria damnoque. Et cur, quæſo, magiſtratus ſolvit adhuc ſalarium eines Gerichts-Schultzens, cum tamen intra decennium talis prætor urbis, & quidem ad ipſas magiſtratus preces apparere deſierit?

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0321
DFG

bus, ut coram ipsis principibus serio asseruerit, actum esse de magistratu, conclamatum esse de urbe nostra, nisi VOGTEJA, quam hypothecæ jure detinebat, integra ipsi relinqueretur; * utque magistratus hodiernus in libellis suis supplicibus, cum nuper vogteiam Sereniſſimi LUDOVICUS RUDOLPHUS & gener FERDINANDUS ALBERTUS juste recuperatum irent, plane: REMUM regiminis civitatensis dixerint.

III. Exercet vogteia merum imperium jus gladii, atque in sceleratos animadvertendi potestatem, cum jure reos in vincula conjiciendi & custodiendi. Ut proinde carere non possit ædibus ad habitationem vogti, nec cameris munitis ad domandos contumaces, ad custodiam atrociter, imo & aliquando ad coercitionem extra ordinem delinquentium.

Plane IV. nulla vogteia urbica sine ædibus subsistere potest, nec nostra substitit unquam.

Dein V. in ædibus, quæ magistratus noster urbicus ex parte rei cauponariæ cerevisiariæ destinavit, hodienum supersunt Vogtejæ tribunal, atrium in quod convocantur rei, vincula, boiæ & carceres, in quibus custodiuntur, vel etiam pœnæ causæ habentur.

Imo

* Vid. Beylage P.

Imo VI. ante hos XL. annos magiſtratus (der Stadt-Rath) judicium ſuum exercuit tantum in curia, quam non ita pridem, quo ſumtuum moderamine, quo ſucceſſu, quoque uſu, ſive reſtauraverit, ſive in pejus transformaverit, vulgi ſermone celebratur, & quam magiſtratus jam novam: das neue Rathhaus hac ætate appellare mavult. Quis itaque dubitaret, licet maxime vellet, modo ſcepticus non ſit, ædes cauponæ cereviſiariæ urbicæ revera eſſe ipſiſſimas ædes, VOGTEJÆ a prima origine ſacras & deſtinatas, ſeu breviſſimis: die Stadtvogtey, quæ jus & indolem Vogtejæ, ut umbra corpus ſequuntur, adeoque jam ſoluto VOGTEJÆ pignoris nexu, tranſeunt cum VOGTEJA ad principem, cujus majorum in dominio ante plura ſecula olim fuerunt. *Add. ſupr. pag.* 61. §. 6.

Itaque VII. magiſtratui, ſi diutius uti vult cella cereviſiaria & cameris ad hoſpites cereviſiarios excipiendos neceſſariis, ſuadendum eſt, ut porro principis gratiam orare non deſinat, quam hactenus largiſſime expertus eſt.

§. XXI.

Circa officinam laterariam, res quantum mihi conſtat, dependet adhuc a ſolutione certi laterum numeri monaſterio Mariæ ſecundum

Von der Ziegel-Scheune und Haver-Mühle.

veterem morem præstandi, de quo adhuc post restitutionem officinæ magistratui jam factam, inter senatum rei monasticæ & magistratum nostrum transigendum. * Deinde molendinum, vulgo die Haver-Mühle dictum magistratui quidem redditum, sed mox quasi venalis res esset, rursum venditum est. Ceterum nihil magis in votis habemus, quam ut hæc omnia, quæ hactenus scripta sunt, a benevolo lectore eo animo legantur & lecta accipiantur, quo scripsimus; scilicet, ut suum cuique jus tribuatur, & principi, quæ principis sunt, vindicentur. Tandem gaudemus, quod nondum exsurgere voluerit legitimus contradictor. Audivimus quidem offensa carere non videri l.) dicta pag. 162. 163. 166. de obligatione successoris in feudo, quod successores collaterales non obligentur debitis ab agnato contractis, item quod secundum usum cameræ imperialis in controversiis nobilium immediatorum e Franconia, aut Suevia ad ipsam delatis, plane ne quidem filius vasallus in discrete

* Jus officinam lateriariam exstruendi habendique magistratus noster consecutus est ab ALBERONE, Abbate W. rem referente HAGENIO pag. 60. Abt ALBERO verorloffte denen von Helmstedt tokopende twe hüssen up den Teygelhove um dasülvest Teygel to bernende vor der Stadt beste.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680641638/phys_0324
DFG

discrete solvat debita parentis. Sed nihil hic diximus, quod non jam diu ante nos dictum fuisset, vel quod ab usu forensi etiam utriusque Saxoniæ abhorreret, vel quod non cum limitatione ut pag. 166. & cum protestatione ex aliis tantum repetitum sit. II.) Quosdam CAUSIDICORUM PROTESTANTIUM male habuit regula nostra non semel & per incuriam a nobis prolata, sed post profundam meditationem aliquoties repetita: bonum esse principem etiam illum, qui sibi in rebus evidentibus non præscriptas putat regulas de judiciorum forma, quas processuales tritura forensis dicit, modo id curæ cordique habeat, ne subditis faciat INJURIAM. Quod tamen contigisse miror, sive iisdem in UNIVERSUM, sive in PRÆSENTI tantum illis displicuerit regula mea. Nam prioribus, qui frontem contrahunt, regula mea in genere audita, commendo repetitionem & reputationem jurisjurandi, vel in receptione intra numerum causidicorum, vel in promotione academica, cum gradum doctoræ capesserent, præstiti. Hoc enim diserte promiserunt: in causa notorie injusta (qualis etiam est, quæ alias omnibus justitiæ præsidiis destituta, non nisi specie ordinis processus, formularumq; aucupiis, aut artificiorum, quæ practica communis: cautelas dicit, ad lites protrahendas excogitatorum, ope atque beneficio coram tribunalibus postulari potest) nemini patrocinium meum accom-

